

ARTICULUS VI

De Gratia efficaci.

Unde repetenda sit ejus efficacia: & an sit per se efficax?

PRÆNOTANDA.

Gratia efficax potest sumi dupliciter: Vulgari sensu, pro ea, quæ habet insignem virtutem producendi effectum, quem tamen ob quædam impedimenta non producit: sicut dicitur communiter remedium efficax, quod tantam habet virtutem, ut sanare soleat, licet quandoquæ non sanet propter defectum subjecti; & gratiam hoc sensu efficacem aliquando usurpavit S. Thom. ut in c. 17. Joann. Lect. 2. ubi dicit, Orationem Christi quantum ex se esse efficacem pro omnibus, non tamen sortiri effectum in omnibus propter impedimentum mundanorum. 2. Sumitur gratia efficax pro ea, quæ reipsa habet effectum, & cui non resistitur, ita ut, quanta vi polleat, si non sortitur effectum, non sit efficax. Hoc secundo sensu sumitur hic & communiter a Theologis gratia efficax, quia sumitur hic gratia efficax, proit distinguitur a sufficienti, sufficienti dicitur, quæ dat posse; efficax, quæ dat agere.

Dari hoc sensu gratiam efficacem, id est, gratiam, per quam, aut cum qua habetur, non posse, sed velle & perficere opus salutis, nullus negat; quia juxta Scripturam, Patres, & Concilia, omnia bona opera nostra magna, & parva Deo tribuuntur, qui operatur velle, & perficere & omnia; idque probant momenta, quæ mox proponemus in assertionem gratiæ per se efficaciæ. Sed difficultas est, eaque gravissima & celeberrima, undè hæc gratia habeat, quòd sit efficax? Non dico, undè habeat vim qualitercumque efficiendi, quòd est esse efficax in actu primo; certum est enim, quòd habet a Deo; sed undè habeat, quòd erit & infallibiliter obtineat consensum nostrum, quòd est esse efficax in actu secundo, & eo modo, quo intelligimus hic gratiam efficacem, ut patet ex dictis.

Juxta systemata art. 2. proposita tres sunt sententiæ. Puri Molinistæ efficaciam gratiæ reputant ab eventu, ita ut juxta illos non dentur nisi gratiæ ex se sufficientes, quæ sunt efficaciæ ex consensu voluntatis humanæ, seu quia voluntas humana illis consentit. Congruistæ efficaciam infallibilem gratiæ reputant ex directione scientiæ mediæ, & quia datur in his circumstantiis, in quibus prævisa est habere effectum; sed quia neque circumstantiis, neque præscientia quidquam virtutis conferunt gratiæ, ut fatentur ipsimet Congruistæ, etiã in hac sententiã, sicut in sententiã Molinæ, repetitur efficacia gratiæ ex ipso consensu voluntatis, ita ut sit efficax, quia voluntas consentit, non autem voluntas idèd consentiat, quia est efficax. Undè in utroque systemate gratia sufficientis & efficax non distinguuntur entitative & per sua intrinsicã, sed in systemate Congruistarum per circumstantias extrinsecas. Eadem enim entitative gratia, quæ est efficax in uno, qui consentit, est inefficax in altero, qui non consentit. Est juxta quosdam alia congruistæ, sed a præcedenti valde dispar, quæ non consistit in præscientia consensûs ex innata libertate futuri in his, vel illis circumstantiis, sed in præparatione talis auxilii, quod sua virtute consensum infallibiliter inferat, quatenus scilicet magis indurato, aut fortius tentato auxilium fortius datur, ut vincat resistentiã. Sed ista sententiã perinet ad sequentem, & de ea diximus Tract. de Deo Dissert. 6. de Scientiã mediã art. 6. §. 9. Obj. 1. Vide, si lubet.

Thomistæ repetunt efficaciam gratiæ ex intrinsicis, sive ex omnipotentissima Dei voluntate & supremo dominio, quod habet super voluntates hominum, sicut in cetera creata; ita quòd inter gratiam & effectum sit connexio infallibilis, non solum infallibilitate præscientiæ, ut volunt Congruistæ, sed causalitatis; neque infallibilitas operationis fundetur in præscientiã nostri consensûs, sed e contra præscientiã nostri consensûs fundetur in infallibilitate divinæ causalitatis. Vide systemata Thomisticum.

Et hæc est sententiã, quam ab ipsis SS. Doctoribus Aug. & Thom. se hausisse, & verbo Dei, SS. Pontificum & Conciliorum Decretis & Patrum dictis consonam esse Schola nostra commendabili studio gloriatur. Verba sunt Benedicti XIII. in Brevis Demissas preces; & pro qua Ordo noster tanquam pro aris & focis contra oppositam decernit per 10. annos in famosis Congreg. De auxiliis sub Clemente VIII. & Paulo V. cuique subscribant celeberrimos Academicæ, innumeræ Theologi ex omni statu & ordine, fermè omnes qui non stant pro scientiã mediã, licet differant in modo hæc efficaciam explicandi, ut dicam art. seq.

Resolutio Questionis.

Dico: Efficacia gratiæ repetenda est, non ex eventu, neque ex directione scientiæ mediæ, aut congruitate circumstantiarum, sed ex omnipotentissima Dei voluntate, atque ejus supremo dominio in voluntates nostras, sicut est per se infallibiliter efficax, non infallibilitate scientiæ tantum, sed & causalitatis. Hanc Conclusionem directè probant, quæcumque dixi in Tract. de Deo contra scientiam mediã, & pro decretis per se efficacibus. Quapropter non omnia ex integro repetam, sed compendio tantum, & indicando loca, quibusdam tamen additis.

Probatur ex Scriptura.

1. Apost. 1. Cor. 4. dicit: Quis te discernit? Quid habes, quòd non accepisti? Si autem accepisti, quid gloriaris, quasi non accepisti? atqui, si gratia non sit efficax ex se consensûs nostri, sed ipsam expectet a nobis, & per eum fiat efficax, homo habet aliquid, quòd non accepit, & in quo possit gloriari & se discernere ab altero, qui æquali gratia præventus non consentit, nempe ipsam consensum gratiæ, quem non habet a gratia, sed a se: ergo. Hoc argumentum fusius deductum, & varias adversariorum responsiones require in de scientiã mediã §. 3.

Attamen juvat paulatim adhuc audire Honor. Tournely nova procedentem. Is, cum contra suum singulare systema de gratia molinisticè sufficienti ad faciliora pietatis opera hoc argumentum ex Apost. objecisset; Respondet. 1. mirum esse, adversarios perpetuò istum Apost. textum nobis opponere, quem ipsimet in sua sententiã solvendum pariter habent. Nomen in sententiã Thomistarum verum istud est, eum, qui gratiæ sufficienti non resistit, efficacem a Deo impetrare; qui verò resistit, non impetrare: ergo unus ab alio se discernit contra effectum Apost. qui enim non resistit, non habet ex gratia efficaci, ut non resistat, ut antè ostendimus. Ita Tournely. Verum toto cælo aberrat Molinianus. Falsum namque est in sententiã nostra hoc, quòd voluntas non resistat gratiæ sufficienti, seu illi consentiat, non haberi ex gratia efficaci: Hoc ipsum, inquit S. Thom. in c. 12. Hebr. lect. 3. quòd aliquis non ponit obstaculum gratiæ, ex gratia procedit, nec contrarium, vel levitè antè ostendit Tournely; sed erravit in suis adinventionibus, existimans, nos docere hominem ex seipso non resistere, seu consentire gratiæ, quia dicimus, quòd ex seipso resistat, quæ duo sunt valde diversa. Docemus ergo cum nostro Angelico Doctore, hominem, quòd non resistat gratiæ, quòd illi consentiat, habere ex gratia; quòd autem illi resistat, habere ex se, sicut in nostra sententiã nihil habere, per quòd se discernat nisi in malo. Mirum est sanè (id mihi vicissim liceat) & plusquam mirum, Theologum, qui assumit provinciam utriusque partis jura ex æquo exponendi, prima unius partis principia vel ignorare, vel dissimulare.

Alteram responsionem ejusdem Theologi, scilicet consentientem non se discernere sine gratia vel præveniente, vel comitante, consultatam habes ibidem de scientiã mediã, & de Decretis Dissert. 8. art. 3. §. 4. Iterum alteram responsionem nobis exhibet Tournely q. 9. de grat. art. 1. ex parte Molinistarum, quasi ipse non foret verus Molinista; scilicet, objectionem hæc ex Apost. præsentis questionis non esse accommodatam. Nusquam enim contingit, inquit, ut efficaci gratiã unus consentiat & alter reluctetur; si enim efficaci supponitur, ambo consentiunt, aliis verò non esset efficaci... Igitur hypothesis, quæ solet adduci duorum hominum, quorum unus gratiæ consentit, alter verò resistit, locum non habet, nisi ubi agitur de gratiã sufficienti, non verò de efficaci. Hoc usque Tournely. Nuxæ profectò, nuxæ in sententiã Tournely, quæ est purus Molinismus. Ecquis fingit in ea sententiã, in qua non datur nisi gratiæ ex se sufficientes, non fieri comparisonem duorum hominum, quorum unus gratiæ sufficienti resistit, alter ei consentit? Hæc est ipsissima in hoc systemate hypothesis, in qua quaeritur, undè habeat quòd sit efficax in eo, qui consentit, & remaneat merè sufficiens in eo, qui resistit? Respondent Thomistæ habere, quòd sit efficax ex ulteriori gratiã: respondet Tournely cum suis, id habere ex consensu voluntatis: ergo, qui consentit habet aliquid, quòd non accepit, & per quòd ab altero se discernit, nempe suum consensum. Equidem responsio posset videri prima fronte utcumque valere pro systemate Congruistarum (quod rejicit Tournely) in quo gratia congrua, seu efficax differt in actu primo a sufficiente in ratione beneficii; sed, cum non differat in ratione auxilii & virtutis, semper manet, quòd ex duobus gratiã æquali quoad auxiliium & virtutem prævenit unus ex se consentiat, non alter, & sic ex se ab alio se discernat. Alia, quæ latè prosequitur sæpè laudatus Theologus hic quæst. 7. art. 4. Concl. 5. ut ab hoc argumento se expediat, ipsa sua levitate dissipatur, & pro

pro magna parte soluta habes loco cit. de scientiã mediã.

2. Juxta Scripturam Deus facit, ut faciamus, Ezech. 36. Faciam, ut in præceptis meis ambuletis. Facit, ut velimus Philipp. 2. Operatur in nobis velle, & perficere pro bona voluntate. Facit de nolentibus volentes, auferendo duritiam, & resistentiam voluntatis, & dando obedientiam, seu consensum, Ezech. 11. & 36. Auferam a vobis cor lapideum, et dabo vobis cor carneum. Undè Aug. de Prædest. SS. c. 8. Hac gratiã, quæ oculis humanis cordibus divinis largitate tribuitur, a nullo duro corde respuitur; idèd quippe tribuitur, ut cordis duritiã primitus auferatur; atqui Deus non dat nobis, ut velimus, & faciamus, non auferit cor lapideum, id est, cor resistens, non dat cor carneum, id est, cor docile, & consentiens, non auferit duritiam, & resistentiam cordis per gratiam pendulam, & permissam libere voluntatis arbitrio, expectantem ejus obedientiam, vel resistentiam, ejus consensum, vel repulsam, ut patet ex terminis; sed per gratiam vi propria effectricem bonæ voluntatis, & cordis docilis obedientis, & consentientis, atque victricem duritiæ, & resistentiæ voluntatis: ergo.

3. Juxta Scripturam Gratia est infallibiliter efficax consensûs nostri ex omnipotentissima Dei voluntate, & supremo dominio, quòd habet super voluntates nostras: ergo non ex consensu voluntatis humanæ. Prob. Ant. Esther 13. Mardocheus, orans Deum, ut convertat cor Regis Assueri, Judæi intènsi, dicit: Domine Rex omnipotens, in ditione enim tua cuncta sunt posita, et non est qui possit resistere tuæ voluntati, si decreveris salvare Israel... Dominus omnium es, nec est qui resistat Majestati tuæ. Et c. 14. Regina Esther sic orat: Domine Rex Deorum, et universas potestatis... transfer cor illius in odium hatis nostri: & c. 15. subjungitur: Convertis Deus spirituum Regis in mansuetudinem. Quibus verbis infallibilitas, & efficacia motionis, & gratiæ divinæ referunt evidentè ad Dei omnipotentiam, & non ad consensum Assueri prævisum. Undè Aug. 1. ad Bonif. c. 20. expendens hæc verba dicit: Cor Regis... occultissima, et efficacissima potestate convertit, et transiit ab indignatione ad lenitatem. Item Prov. 21. Cor Regis in manu Dei comparatur divisionibus aquarum in manu Hurlulani: Sicut divisiones aquarum, ita cor Regis in manu Domini, quocumque voluerit, inclinabit illud. Eccli. 33. Homo in manu Dei comparatur luto in manu figuli. Isai. 10. comparatur securi, virgæ baculo in manu hominis, si utentis prout vult: quibus comparationibus manifestum fit, Deum vi suæ potestatis, & domini de voluntatis ad nutum disponere, non verò ab eis expectare quid voluerit. Reponit Honor. Tournely, hæc frustra objici; quia nemo negat gratiam vim, & efficaciam derivari ex omnipotentissima Dei virtute; sed Molinistæ, & Congruistæ negant gratiam habere vim, & efficaciam ex omnipotentissima Dei virtute determinandi infallibilitèr voluntatem ad consensum, ut ferunt textus laudati; quippe qui volunt eam efficacem per consensum ipsam: & ita negantur in Congreg. habita coram Paulo V. 20. Septembris 1605.

4. Apost. Rom. 9. dicit: Igitur non est volentis, neque currentis, sed miserentis Dei; atqui in sententiã Adversariorum est potius hominis volentis, quam Dei miserentis: ergo. Prob. Min. 1. Effectus potiori jure tribuitur causæ determinanti, quàm expectanti alterius determinationem; atqui in sententiã Adversariorum homo determinat consensum Dei indifferentem oblatum, & Deus expectat hominis determinationem: ergo. 2. In eadem sententiã Deus non majus auxiliium gratiæ offert operanti, quàm operanti: ergo, quòd ille benè velit, & agat, & non iste, tribuendum est volenti, & currenti, qui suo nutu hoc commune auxiliium determinat. Hinc August. in Ench. c. 32. hunc Apost. textum explicans dicit: Si propterea dictum est, non volentis, neque currentis, sed miserentis est Dei, quia ex utroque fit, id est, ex voluntate hominis, & misericordia Dei, ut sic dictum accipiamus, non volentis, neque currentis, sed miserentis est Dei, tanquam diceretur: non sufficit sola voluntas hominis, si non sit etiã misericordia Dei. Non ergo sufficit sola misericordia Dei, si non sit etiã voluntas hominis. Ac per hoc, si rectè dictum est, non volentis hominis, sed miserentis est Dei, quia id voluntas hominis sola non implet; cur non, & e contrariò rectè dicitur, non miserentis est Dei, sed volentis est hominis, quia id misericordia Dei sola non implet? Porro, si nullus Christianus dicere audebit, non miserentis est Dei, sed volentis est hominis, ne Apostolo apertissimè contradicat, restat, ut propterea rectè dictum intelligatur, non volentis, neque currentis, sed miserentis est Dei, ut totum Deo detur, qui hominis voluntatem bonam, & præparat adjuvandam, & adjuvat præparatam.

5. Juxta Regulam traditam a Cælestino Papa in Capitulis c. 10. fundatam in Scripturis, Patribus, & Conciliis, communi Theol. Billuart. Pars Secunda.

ni Theologorum, & fidelium sensu probatam, operi, & dignationi gratiæ in negotio salutis nihil penitus est subtrahendum. Philipp. 2. Deus operatur in nobis velle, & perficere. Joann. 3. Nemo habet quidquam boni, nisi illud datum illi fuerit desuper. 1. Cor. 4. Quid habes, quòd non accepisti? Rom. 11. Quis prior dedit ei... Quoniam ex ipso, per ipsum, & in ipso sunt omnia. S. Cypr. l. 3. ad Quirico. c. 4. In nullo gloriamur, quando nostrum nihil est. S. Basil. hom. 22. de humilitate. Nihil tibi relictum, o homo! de quo gloriari possis, per universum enim in gratiã, & dono Dei vivimus. S. Chrysost. Serm. 2. in Ep. ad Coloss. In negotio salutis totum est domini Dei. De Aug. jam patet ex dictis, & patebit ex dicendis. Concil. Araus. 2. c. 20. Multi in homine bona sunt, quæ non facit homo. Nulla verò facit homo bona, quæ non Deus præstat, ut faciat homo. Vide insuper cap. 3. §. 6. 7. 9. 16. 22. 23; atqui, si gratia non sit virtute propria, & per se efficax consensûs, & determinationis nostre in bonum, sed eum a voluntate expectet, iste consensûs, ista determinatio, quæ est quid præcipuum in negotio salutis, ejus operationi subtrahitur, ut manifestum est: ergo.

Probatur ex S. Augustino.

Præter ea, quæ jam vidimus ex Aug. Prob. 1. ex terminis, quibus S. Doctor exprimit gratiæ efficaciam. Libr. 1. de peccat. mer. c. 9. vocat gratiam efficacem, Spiritus S. occultissimam gratiam. Libr. de gratiã Chr. cap. 24. Internam, occultam, mirabilem, ac ineffabilem potestatem, quæ Deus operatur in cordibus hominum, non solum veras, sed lationes, sed etiã bonas voluntates. Libr. 4. contr. Jul. c. 8. Omnipotentissimam voluntatem. Libr. 1. contr. 2. Epist. Pelag. c. 20. Occultissimam, & efficacissimam voluntatem, ac potestatem, quæ convertit, & transferi corda hominum ad indignationem ad lenitatem. Libr. de corrept. & grat. Inclinatorum cordium omnipotentissimam potestatem. De prædest. SS. c. 8. Gratiam, quæ a nullo duro corde respuitur; quia ad tollendam cordis duritiã primitus datur; atqui hæc competunt gratiæ per se, & ex intrinsicis efficaciis, nullatenus gratiæ permissæ libero arbitrio, & quæ ab ejus consensu, aut circumstantiis loci, vel temporis redduntur efficaciæ. Nam 1. hæc gratia non operatur occultis, mixtis, & ineffabilibus modis; causa enim cur operetur, est in hoc systemate obvia, & aperta, scilicet consensum humanæ voluntatis. 2. Non est potentissima, & efficacissima, siquidem nihil possit operari, voluntas humana resistat. 3. Non efficit, ut homo sit volens, & consentiens, cum e contra sit efficax, quia homo vult, & consistit. 4. Denique non inclinat corda, quo, & quando Deo placeat, sed potius homo flecit divinam potentiam, quo, & quando sibi placeat: ergo.

2. Aug. refert ad inscrutabilia Dei judicia, cur unus efficaciter velit, & convertatur, & non alter. Libr. de spirit. & lit. cap. 34. Si ad illam profunditatem scrutandam quisquam nos coarctet, cur illi ita suadet ut persuadatur, illi autem non ita; duo sola occurrunt, quæ respondere mihi placeat: O altitudo divinarum! Et, numquid est iniquitas apud Deum? De dono persev. c. 9. Ex duobus ætate jam grandibus impiis, cur iste ita vocetur, ut vocantem sequatur, ille autem, aut non vocetur, aut non ita vocetur, inscrutabilia sunt Dei judicia. Libr. de peccat. merit. cap. 5. Cur illum adjuvat, illum non adjuvat, illum tantum, illum autem non tantum, istum illo, illum isto modo, penes ipsum est, & æquitatis tam secreta ratio, & excellentiã potestatis; atqui, si gratia sit efficax ex consensu voluntatis humanæ, non est recurrendum ad inscrutabilia Dei judicia, cur iste credat, aut sequatur, alter non; responsio obvia est, quia iste consentit gratiæ, & non alter: ergo.

Si dicas, in systemate saltè Congruistarum esse Dei inscrutabile judicium, cur iste ponatur in circumstantiis congruis, in quibus prævisus est consentire, & non alter. Contra est, quòd Aug. repetat discrimen inter istos duos ad Excellentiã potestatis divinæ, quæ, propter lubet, hunc tantum vocat, ut sequatur, alterum non tantum; & cum Deus ut omnipotens possit bonam voluntatem inspirare etiã nolentibus, etiã in circumstantiis contrariis, & incongruis, patet quòd gratia, quæ tanta est ob excellentiam potestatis divinæ, non habet suam efficaciam a temperamento, loco, tempore, & aliis circumstantiis, consequenter quòd Aug. non recurrit ad inscrutabile judicium, cur iste ponatur in congruis circumstantiis, & non alter; sed cur isti detur gratia ex potentia divinã efficaci, non alteri.

3. Aug. de Prædest. SS. c. 10. dicit: Quando promissit Deus Abraha in semine ejus fidem gentium, eam non de nostræ voluntatis potestate, sed de sua prædestinatione promissit: promissit enim, quòd ipse facturus fuerat, non quòd homines: quia, etsi faciant homines bona, quæ pertinent ad colendum Deum, ipse facit, ut illi faciant, quæ præcipit; non illi facium, ut ipse faciat, quòd promissit. Alioquin, ut Dei gratiam compleantur, Nonna non

non in Dei, sed in hominum est potestate, & quod a Domino promissum est, ab ipsis redditur Abraham: non autem sic creditur Abraham, sed creditur dans gloriam Deo, quoniam quae promissum est & facere, non autem praedicere, non autem praescire... sed potens est facere, ac per hoc facta, non aliena, sed sua; atque, si gratia non sit per se efficax consensus nostri ad fidem, aut pietatis opus, sed ipsum expectet, & ab ipso pendeat, ut sit efficax, sequitur 1. quod, quando Deus promissum fidem Abraham, non de sua praedestinatione, sed de nostrae voluntatis potestate promissum. 2. Quod promissum, non quod ipse facturus erat, sed quod homines. 3. Quod ipse non faciat, ut faciant homines, quae praecipit, sed illi faciant, ut ipse faciat, quod promissum. 4. Quod, ut Dei promissa implentur, non in Dei, sed in hominum sit potestate. 5. Quod potens sit praedicere, & praescire, quae promissum, sed non potens facere, cum haec pendeant a voluntate humana, sicut quod facta aliena, non sua, promissum: quae omnia sunt directio contra Aug. ergo. Confirm. Aug. de corrupt. & grat. c. 14. probat Deum facere de hominum voluntatibus, quod vult, cum vult; quia magis habet in potestate sua voluntates hominum, quam ipsi suas; atque homo ex potestate, quam habet in voluntatem suam, se determinat efficaciter, & quod capitale est, salva sua libertate: ergo a fortiori Deus ex majori potestate, quam habet in voluntates hominum, determinat eas efficaciter, salva eorum libertate; alioquin quomodo haberet magis in potestate voluntates hominum, quam ipsi suas?

4. Juxta Aug. difficile est conciliare libertatem cum gratia. Sic libr. de grat. Chr. c. 47. *Ista questio, ubi de arbitrio voluntatis, & Dei gratia disputatur, ita est ad discernendum difficile, ut, quando defenditur liberum arbitrium, negari Dei gratiam videatur; quando autem asseritur Dei gratia, liberum arbitrium putetur auferri.* Et l. 2. contr. litt. Petilianus c. 84. *Si tibi proponam questionem, quomodo Deus Pater attrahat ad Filium homines, quos in libera dimisit arbitrio, fortassis tam difficile solviturus es. Quomodo enim attrahit, si dimittit, ut quis quod voluerit, eligat? Et tamen utrumque verum est: sed intellectus hoc penetrare pauci valent; atque in utroque systemate Molinistarum, & Congruistarum omnes facile penetrare possunt concordiam libertatis cum gratia. Quis enim, etiam si stupidissimus, non intelligat manere libertatem cum gratia, quae ab eius natura pendet? Imo ideo confecta sunt ista systemata, ut haec concordia facile perciperetur: quo uno palam est, quantum distent ista systemata ab August. systemate.*

Ab August. non sunt separandi fidelissimi eius discipuli SS. Prosper, & Fulgentius. S. Prosper carmine de ingratis cap. 15.

At vero omnipotens hominem cum gratia salvat, Ipsa sum consummat opus, cui tempus agendi Semper adest, quae gesta velit; non moribus illi Fit mora, non causis anceps suspenditur ullis: Nec, quod sola potest, cura officiove Ministri Exequitur, famulivae vicem committit agendi.

S. Fulgentius libr. de Incarnat. & grat. cap. 29. *Quomodo Deus omnia, quae vult, facit, si volens hominem salvum fieri, cuius salus non nisi a bona incipit voluntate, ipsum velle non in homine Deus inchoat, sed ut ab homine nascatur expectat? O quam pessimum nefas asseritur, dum gratia Dei contumaciter repugnat, qui homines Dei se in bonum mutari negant, qui homines non essent, nisi bonitate Dei operantis existerent. Haec ex utroque Prospero, & Fulgentio aperta sunt, nec commentariis indigent.*

His omnibus adde, Sententiam Molinistarum, & Congruistarum fundari in Scientia media, quam August. rejicit, non solum quoad abstrum, sed etiam quoad substantiam. Vide de Scientia media art. 6. §. 4.

Probat ex D. Thom.

I. S. Thom. in c. 3. ad Ephes. Lect. 2. ut jam vidimus, distinguit duplex auxilium gratiae, unum quod dat posse, seu facultatem bene agendi; aliud quod dat ipsam volitionem, & actionem. *Facultatem autem, inquit, dat Deus infundendo virtutem, & gratiam, per quas efficitur homo potens, & aptus ad operandum; sed ipsam operationem confert, in quantum operatur in nobis interiori movendo, & instigando ad bonum. Et idem hoc accipiens Apost. dicit quantum ad 1. Dico, quod factus sum minister. Quantum ad 2. dicit: Secundum operationem, quam Deus efficit, in quantum virtus eius operatur in nobis & velle, & perficere pro bona voluntate: ergo juxta S. Thom. gratia operatur in nobis & velle, & perficere virtute divina & movendo nos ad bonum, sicutque est efficax ex se, non ex volitione, aut operatione nostra.*

3. 1. 2. quæst. 109. art. 1. quærens, utrum homo sine gratia possit aliquid verum cognoscere, dicit: "Omnes motus, tam

corporales, quam spirituales, redeunt in primum movens simpliciter, quod est Deus, & ideo quantumcumque aliqua natura corporalis, vel spiritualis ponatur perfecta, non potest in suum actum procedere, nisi moveatur a Deo. Non solum autem a Deo est omnis motio sicut a primo movente, sed etiam ab ipso est omnis formalis perfectio sicut a primo actu. Sic igitur actio intellectus, & cujusquam entis creati dependet a Deo quantum ad duo; uno modo, in quantum ab ipso habet perfectionem, sive formam per quam agit; alio modo, in quantum ab ipso movetur ad agendum." Ibi S. Thom. explicat necessitatem, & efficaciam gratiae per motionem divinam: motio autem divina non est efficax ex motu mobilis, sed propria virtute.

3. Contr. Gent. c. 89. impugnat ut erroneam opinionem eorum, qui dicebant Deum dare nobis virtutem volendi, non autem ipsum velle, sic ait: "Quibus quidem auctoritatibus sacrae Scripturae resistitur evidenter: dicitur enim Is. 26. Omnia opera nostra operatus es in nobis Domine: Unde, non solum virtutem volendi a Deo habemus, sed etiam operationem. Præterea hoc ipsum, quod Salomon dicit: Quocumque voluerit, inclinavit illud: ostendit non solum divinam causalitatem ad potentiam voluntatis extendi, sed etiam ad actum ipsius. Item, Deus non solum dat rebus virtutem, sed etiam nullam re potest propria virtute agere, nisi agat in virtute ipsius, ut supra ostensum est: ergo homo non potest virtute voluntatis sibi data uti, nisi in quantum agit in virtute Dei. Illud autem, in virtute cuius agens agit, est causa non solum virtutis, sed etiam actus; quod in artifice apparet, in cujus virtute agit instrumentum, etiam quod ab ipso artifice propria forma non accipit, sed solum ab ipso applicatur ad actum. Deus igitur est causa in nobis, non solum voluntatis, sed etiam volendi." S. Thom. hic loquitur de causalitate Dei in genere, tam in ordine supernaturali, quam naturali; atque Deum causare immediate in nobis, non solum potentiam voluntatis, sed etiam actum volendi, & hominem non posse virtute voluntatis sibi data uti, nisi in quantum agit virtute Dei, sicut instrumentum non agit nisi virtute artificis quatenus ab ipso applicatur, importat evidenter motionem gratiae non expentantis consensum voluntatis, sed illum virtute divina efficientis: ergo.

4. 1. 2. q. 10. art. 4. dicit: "Si Deus movet voluntatem ad aliquid, impossibile est poni, quod voluntas ad illud non moveatur; non est tamen impossibile simpliciter. Quæst. 6. de malo, art. unico ad 3. Deus movet voluntatem immutabiliter propter efficaciam virtutis moventis, quae desecere non potest; sed propter naturam voluntatis motæ, quae indifferenter se habet ad diversa, non inducitur necessitas, sed manet libertas: sicut etiam in omnibus Providentia divina infallibiliter operatur, & tamen a causis contingentibus proveniunt effectus contingentem, in quantum Deus omnia movet proportionabiliter, unumquodque secundum suum modum. 1. part. q. 19. art. 8. Cum voluntas divina sit efficacissima, non solum sequitur, quod fiant ea, quae Deus vult fieri, sed eo modo fiant, quo Deus ea fieri vult; vult autem quaedam Deus fieri necessario, quaedam contingentem. Et ad 2. Ex hoc ipso, quod nihil voluntati divinæ resistit, sequitur, quod non solum fiant ea, quae Deus vult fieri, sed quod fiant contingentem, vel necessario, quae sic fieri vult." Haec sunt plana, & aperta, atque diserte in terminis expriment efficaciam infallibilem gratiae repetendam esse ex efficacia voluntatis divinæ, & quod potissimum est, salvam manere libertatem sub illa.

Utrumque iterum eruitur ex q. 22. de verit. art. 8. ubi dicit: "Omnis actio voluntatis, in quantum est actio, non solum est a voluntate ut immediate agente; sed etiam a Deo ut primo agente, qui vehementius imprimit. Unde, sicut voluntas potest immutare suum actum, ita & multo amplius Deus." Nihil ingentius, inde enim sic formo argumentum: Deus ut primum agens vehementius imprimit voluntati, quam ipsa ut secundum agens sibi; atque voluntas ut secundum agens se ipsam in genere causae efficientis movet, & se determinat ad agendum, salva libertate: ergo multo amplius Deus ut primum agens in genere causae efficientis ipsam movet, & determinat salva libertate.

5. Juxta S. Thom. usus gratiae est a gratia: ergo est per se, & vi sua efficax. Patet Consequ. quia non potest sui usum conferre, nisi vi sua, & efficacia moveat, & applicet voluntatem: "Usus enim rei, inquit, S. Thom. 1. 2. q. 16. art. 1. importat applicationem rei illius ad aliquam operationem; unde, & operatio, ad quam applicamus rem aliquam, dicitur usus eius; sicut equitare est usus equi, & percutere est usus baculi."

Prob. Ant. 1. S. Thom. 1. pars q. 23. art. 5. quærens, an praesentia meritorum sit causa praedestinationis? Respondet, nullam esse causam praedestinationis ex parte hominis; quia si quæ esset, foret maxime praesens bonus usus gratiae collata: "Sicut, si Rex dat alicui militi equum, quem scit eo bene usurum; sed, inquit, isti videntur dixisse inter id, quod est ex gratia, & id, quod est ex libero arbitrio, quae

si non possit esse idem ex utroque... Non est autem distinctum, quod est ex libero arbitrio, & ex praedestinatione (seu gratia), sicut nec est distinctum, quod est ex causa secunda, & causa prima: Divina enim providentia producit effectus per operationes causarum secundarum, ut supra dictum est. Unde & id, quod est per liberum arbitrium, est ex praedestinatione; consequenter ex gratia, quae datur per praedestinationem. 2. Idem quaerit, & resolvit S. Doct. ad Rom. 9. lect. 3. *Manifestum est, inquit, quod omne Dei beneficium, quod homini confert ad salutem, est divinae praedestinationis effectus. Divinum autem beneficium non solum se extendit ad infusum gratiae, quae homo justificatur, sed etiam ad gratiae usum. Et postea: Sic igitur ipse usus gratiae est a Deo. Similiter quaest. 6. de verit. art. 2. ad 11. 1. Cor. c. 17. lect. 1. confer Dissert. 9. de praedest. art. 6. Concl. 3.*

His sisto, ne tedium lectori asferam, & quia rationes sequentes sunt principia, quae constanter ubique docet S. Doct. Hoc unum breviter addo sicut de Aug. Sententia opposita fundatur in Scientia media, nostra sequitur ex decretis per se efficacibus; atque S. Thom. non agnoscit Scientiam mediam, & docet Decreta per se efficacia. Vide utrumque probatum in Tract. de Deo, Dissert. 6. & 8.

Probat rationibus.

2. Prob. rationibus, quae sunt inconvenientia, quae deduci contra scientiam mediam, & quae nunc compendio sic restituo: Sublata gratia per se efficaci, & posita gratia efficaci ab eventu, seu ex praesentia, & circumstantiis, hoc est, gratia pendula, permissa determinationi liberi arbitrii, & eius consensum, ac determinationem expectante, sequitur 1. quod tollatur a Deo ratio primae causae, & primi motoris, quia voluntas se determinat, non determinata a Deo. Sequitur 2. quod tollatur ab eo ratio causae universalis, quia est aliquid, scilicet consensus, & libera determinatio voluntatis, quod eius causalitatem subterfugit. 3. Quod decurreret omnipotentia Dei, & supremum dominium, quod habet supra nostras voluntates, quia non potest in quibusvis circumstantiis voluntates nostras inclinare in bonum. 4. Quod tollatur praecipua ex parte necessitas orationis; nam in illa sententia non est necesse a Deo petere, quod consentiamus gratiae, cum id sit a nobis, & non a Deo. 5. Quod non debeamus Deo gratias agere pro eo, quod est caput in negotio salutis, scilicet, pro determinatione ad bonum, quae est a nobis, & non a Deo. 6. Quod non in sola spe gratiae inniti debeamus, sed praecipue in nostra libertate, cum sit semper nobis liberum eam reddere efficacem, & inde quod non tam anxie timere debeamus pro salute nostra, nec tanta sollicitudine illi invigilare. 7. Quod haec sententia videatur affinis Semi-Pelagianismo, quatenus componit cum Deo, partem homini vindicet, & partem Deo, & quod pejus est, homo primum tollat, promittendo ex se suum consensum, Deo posteriori det: in quo juxta Aug. situs erat error Semi-Pelagian. 8. Specialiter contra systema gratiae congruae, quod Deus in illo non sit magis Auctor bonorum, quam malorum operum: quia in tantum in eo systemate Deus dicitur Auctor bonorum operum, in quantum ponit hominem in iis circumstantiis, in quibus praevidet eum bene usurum gratiam, & cum eo simultaneè concurrat ad opus; atque pariter illum, qui male agit, ponit in iis circumstantiis, in quibus praevidet illum gratia oblata male usurum, & concurrat simultaneè cum illo ad malum opus: ergo. Haec omnia fusiis exposita cum responsionibus Adversariorum praesertim Honor. Tournely require Dissert. 6. de scientia media art. 6. §. 6.

Addè iterum specialiter contra idem systema gratiae congruae, quod subjacet omnibus ferè difficultatibus, quae contra gratiam per se efficacem proponuntur. Nam is, cui denegatur gratia congrua, & datur tantum incongrua, non plus facit, aut faciet, quam is, cui denegatur gratia per se efficax, & datur tantum sufficiens Thomistica, ut non semel in Tract. de Deo, & in hoc praesenti observavimus. Unde Martinonus Societatis Scriptor in suo Anti-Jansenio, Disp. 26. Sect. 3. n. 25. concludit, eam sententiam fuisse inutiliter excogitatum ad explicandas difficultates circa auxilia gratiae. Et Honor. Tournely quaest. 7. de grat. art. 4. Concl. 4. eam rejicit, quia vel relabatur in sententiam Molinae, vel premitur isdem difficultatibus ac systema Thomisticum.

2. Confer diligenter Dissert. 8. de Decretis art. 3. §. 4. ubi prima ratio omnia ferè huc usque dicta summam complectitur cum omnibus Adversariorum effugiis praclusis. Ibidem pro Coronide adiecit, Adversarios alibi agnoscere nostram determinationem in bonum non esse a Deo; quod hic negant, ut tot absurditatem declinent invidiam. Haec, inquam, omnia hic habeto pro dictis, ne eadem repetere cogamur.

Id unum tantum observandum est, quod jam ex parte Theol. Billuati. Pars secunda.

observari §. 2. de scientia media, scilicet argumentis quibus probatur in sententia Molinistarum, & Congruistarum gratiam subijci voluntati, ab ea determinari, & esse ejus pedessequam, duas passim a Tournely adhiberi responsiones. 1. Dicit absurdum esse, ut superior dicatur inferiori subijci, quando inferior superioris mandata exequitur. 2. Pariter absurdum esse, ut, quod ex se determinatio quaedam est, inclinatio, impulsus ad aliquid, dicatur determinari, quando voluntas determinationem illius, seu motionem, & impulsus sequitur. Gratia autem, inquit, est ex se determinatio quaedam, inclinatio, propensio ad bonum, quam cum voluntas sequitur, non determinat gratiam ad bonum, sed potius ejus determinationem sequitur, & mandata Dei superioris exequitur. Ita Doctor Sorbonicus. R. ad 1. Equidem verum est, absurdum esse, ut superior dicatur subijci inferiori, quando inferior mandata superioris exequitur, ibi sistendo, & in ordine morali. At, si, ut inferior exequatur mandata superioris, indiget in ordine physico concursu superioris, & superior illum ei offerat indifferenter, & ab ipso determinabilem ad quodcumque voluerit, non erit absurdum, sed planè verum dicere in hoc casu superiore quantum ad usum sui concursus oblatis subijci inferiori. Est autem hic noster casus. Ad 2. detegenda est equivocatio latens in hac voce Gratia. Est quaedam gratia physice praemovens, & determinans voluntatem ad actus indeliberatos: hujusmodi gratiam non agrè admittunt Adversarii, saltem aliqui, sed de ea hic non agitur. Questio est enim de gratia nos movente ad consensum deliberatum voluntatis. Respective igitur ad illum consensum deliberatum est, secundum omnes, gratia praeveniens moralis, alliciens, & movens objective voluntatem quoad specificationem in genere causae finalis, non efficientis. Non aliam praeveniens agnoscit Tournely cum Molinistis; & haec quidem etiam in eorum sententia non indiget determinari quoad speciem, sed quantum ad hoc potest dici determinatio, & impulsus; indiget tamen determinari quoad exercitium, quia ea posita voluntas est adhuc indifferens, & indeterminata, ut eam sequatur, vel non; unde ex hac parte jam habemus id hoc systemate gratiam determinabilem a voluntate. Sed, quod potissimum est, praeter hanc gratiam moralem agnoscunt Molinistae, necessariam esse aliam, quae Deus concurrat physice ad consensum meum deliberatum. Hunc autem concursum, seu gratiam, dicitur a Deo offerri non determinatum ad unum, alias, inquit, laederetur libertas, sed indifferenter, & voluntatis determinationi permissum: ergo de isto concursu, seu gratia non potest dici, quod sit determinatio, & impulsus, sed verè dicitur, quod sit versatilis, pendulus, indifferens, determinabilis a voluntate, & ejus pedessequus; & sic, sublata equivocatione, manent praclusae Tournely responsiones.

3. Homo in statu naturae lapsae est admodum infirmus circa bonum, & totus pronus in malum, extus obiectis, & exemplis seductus, intus passionibus abreptus. *Cum avaritia nobis, inquit Cyprianus apud Aug. libr. 2. contr. Jul. c. 8. cum impudicitia, cum ira, cum ambitione, congressio est, cum carnalibus vitiis, cum illicebis secularibus, assidua, & molesta luctatio est, obsessa mens hominis, & nulliquè diaboli infestationibus vallata via resistit.* Igitur sic ex omni parte incitatur ad malum, ut si gratia vi sua potentissima voluntatem non firmaret contra malum, & non converteret in bonum, sed ipsam sibi relinqueret, vix, aut ne vix unus e mille non succumberet: unde Aug. de corrupt. & grat. c. 12. dicit: *Si in tanta infirmitate vitae hujus... ipsi relinqueretur voluntas sua... inter tot, & tantas tentationes infirmitate sua voluntas ipsa succumbet; nec vellent, aut non ita vellent infirmitate voluntatis ut possent. Subvenit est igitur infirmitati voluntates humane, ut divina gratia indeclinabiliter, & insuperabiliter ageretur, & idem quamvis infirma, non tamen deficeret, neque adversitate aliqua vinceretur.*

Objectiones.

Quantum ad Objectiones, quae solent peti ex quadruplici capite, 1. ab auctoritate, 2. ex lesione libertatis, 3. ex insufficientia auxilii, quod dicitur sufficiens, 4. ex affinitate cum Calvinismo; eas totidem §§. abunde solutas habes sepe dicta Dissert. 8. de Decretis art. 4. Quapropter supervacaneum existimo illas hic deum instaurare. Vide loc. cit.

Illud tantum ad cumulum observandum est, sepe obijci ab Honor. Tournely gratiam per se efficacem habere essentialem connexionem cum actu, & eum inde inferre laedi libertatem. Sed est iterum equivocatio in ly essentialem. Non enim gratia per se efficax habet essentialem connexionem cum actu, quasi illum necessario pariat, sicut v. gr. essentia parit proprietates; sed sic ut habeat ex se virtutem infallibiliter obtinendi consensum. Unde potest sic distinguere: habet connexionem essentialem, id est, infallibilem cum actu, C. Id est, ne-

cessariam, N. Quia movet voluntatem, non quomodocumque, sed ut liberè consentiat, & cum potentia dissentiendi.

Consecrarium de Systemate Honorati Tournely.

EX dictis habes pariter explosum systema, quod penè extinctum cum Alphonso Le-Moyne de novo instauravit Honor. Tournely; in quo systemate admittit ad faciliora pietatis opera, præsertim ad orationem, gratiam sensu purè Molinistico sufficientem, quam voluntas suo consensu reddat efficacem. Momenta enim, quæ in assertionem gratiæ per se efficacem protulimus, probant universaliter eam requiri pro omni pietatis opere, sive facili, sive difficili. Uade Aug. l. 1. Retract. cap. 9. *Quia omnia bona, & magna, & media, & minima, ex Deo sunt, sequitur, ut ex Deo sit etiam bonus unus libera voluntatis.* Insupèr hallucinatur Tournely, ut jam notavi, dum orationem cum omnibus conditionibus requisitis, ut sit impetratoria, inter faciliora salutis opera reponit.

Momenta, quæ profert ex Scriptura Tournely pro suo systemate, eadem sunt, quæ Molinistæ proferunt pro suo; unde æ alibi discussa hic omitto.

Deinde arguit 1. ex Aug. libr. de nat. & grat. c. 44. ubi dicit: *Non igitur Deus impossibilia jubet, sed jubendo admonet, & facere quod possis, & petere quod non possis.* Cap. verò 69. *Et ipso quo firmissimè creditur, Deum justum, & bonum impossibilia non potuisse præcipere, hinc admonemur, & in facilibus quid agamus, & in difficilibus quid petamus.* R. His, & similibus textibus S. Aug. nihil aliud velle, quam quod pro facilibus habeamus gratiam proximè sufficientem, pro difficilibus remotè sufficientem. At nusquam dixit, sufficientem sive proximè, sive remotè per solum consensum independentè ab ulteriori gratia fieri efficacem.

Arguit 2. Aug. libr. de grat. & lib. arbit. distinguit in homine duplicem bonam voluntatem, unam parvam, & invalidam, alteram magnam, & robustam. Undè infert Tournely, voluntatem parvam conferri per gratiam sufficientem, magnam, & robustam per gratiam efficacem; per quam Regulam Dialecticæ valeat hæc illatio, videant oculati. R. ergo, parvam voluntatem conferri per gratiam, quæ est efficacem respectu illius, & sufficiens proximè, vel remotè respectu voluntatis robuste.

Arguit 3. Ex variis rationibus, quas refert ex Thomassino, sed quæ militat tantum contra illos, qui agnoscunt gratiam Molinisticè sufficientem in statu Innocentiæ, Undè nihil ad nos. Arguit 4. Gratia sufficiens sensu Thomistico, prout ab efficaci distinguitur, effectum aliquem imperfectum producit, quidni, inquit, pariter & gratia qualem defendimus? R. Apertam esse disparitatem, quia nostra, quæ dicitur sufficiens in ordine ad ulteriorem, & præcipuum effectum, est propria virtute efficacem ad immediatum ad quem datur. At gratia sufficiens Tournelyana non est propria virtute efficacem imperfecti effectus, sed tantum ex consensu voluntatis, quod fieri non potest.

Instat. Non facillè intelligitur in opinione Thomistarum, quomodo illa gratia sufficiens effectum suum producat, an sine, vel cum præmone physica? R. Cum præmone physica.

Urget. Si cum illa præmone, ut quid gratia illa hæret in actu debili, & imperfecto, quandoquidem adjunctam habet physicam præmone tam efficacem, & potentem? R. Quia ista præmone datur tantum ad illum actum imperfectum, & non ad ulteriorem: non est autem efficacem nisi ad actum, ad quem datur.

Et hæc sunt singularis systematis Tournelyani præcipua momenta, quæ indubia ipsi videntur, numero, & pondere gravissima; sed quæ nec Tyrone Thomistam movere valeant.

Questio curiosa, quam gratiam efficacem admittit Honorati Tournely ad difficilia salutis opera?

Videtur, quod non admittat ad opera pietatis difficilia gratiam efficacem ab eventu sensu Moliniano: 1. Quia illam admittit tantum ad opera facilia. Vult enim ad opera facilia gratiam sic sufficientem, ut aliquando producat effectum sine ulteriori gratia, quod est admittere gratiam efficacem per consensum voluntatis, & hæc, inquam, admittit tantum ad opera facilia: ergo censetur aliam requirere ad opera difficilia. 2. Quia rejicit gratiam sufficientem Molinæ in tota sua latitudine; eo quod excludat necessitatem gratiæ efficacis ad opera salutis ardua, & difficilia: ergo ad opera salutis ardua, & difficilia requirit aliam gratiam efficacem, quam Moliniam. Ita Tournely q. 7. de grat. art. 4. Concl. 2. & 3.

2. Videtur, quod non admittat gratiam efficacem sensu Congruistarum. Ille enim non admittit gratiam efficacem sensu Congruistarum, qui rejicit gratiam sufficientem eorum sensu;

unum enim ex altero sequitur: quia, si gratia sit ita sufficiens, ut nullo alio auxilio requisito ex parte Dei producat effectum, gratia non erit per se efficacem, sed ab eventu: si e contra gratia non sit ita sufficiens, ut producat effectum sine alio auxilio requisito ex parte Dei, gratia non erit ab eventu, sed per se & virtute divina efficacem; atqui Tournely rejicit gratiam sufficientem Congruistarum art. 4. cit. Concl. 4. quia, inquit, vel relabatur in Sententiam Molinæ, vel premitur iisdem difficultatibus, quæ opponuntur contra gratiam sufficientem Thomisticam: ergo.

3. Tandem certum est, quod etiam ad opera ardua, & difficilia non admittat gratiam per se efficacem: 1. Quia eodem art. 4. Concl. 3. rejicit, & multis argumentis impugnat gratiam sufficientem, quæ nunquam producit suum effectum defectu gratiæ per se efficacis: ergo gratiam per se efficacem rejicit. Patet Conseq. ex numero præced. 2. Ille certo rejicit gratiam per se efficacem ad quæcumque salutis opera etiam difficilia, quæ propugnat scientiam mediam, quæ impugnat decreta per se efficacem, & prædestinationem gratuitam, qui contendit gratia per se efficaci eventum libertatem, & auxilium, quod dicitur sufficiens, esse insufficientem; qui denique quæcumque occasione data, probat, laudat, extollit momenta contra gratiam per se efficacem; improbat, rejicit, contemnit momenta assertorum gratiæ per se efficacis; atqui is est Honoratus Tournely, ut patet, vel leviter insipientis ejus opera: ergo.

Remanet igitur problema, quæ sit mens Honor. Tournely circa gratiam efficacem ad difficilia pietatis opera: & mirum omnibus esse debet, hunc Doctorem mentem suam circa hæc materiam, inter omnes Theologos celeberrimam, hic tacuisse.

ARTICULUS VII.

Expenduntur varii modi explicandi efficaciam, & causalitatem gratiæ per se efficacis.

QUI admittunt gratiam per se efficacem, non uno modo ejus efficaciam, & causalitatem explicant. Quinque modi communis circumferuntur. Quidam eam explicant per multitudinem auxiliorum. Quidam per causalitatem moralem. Alii per actus indeliberatos. Alii per delectationem victricem. Alii tandem per præmone physicam. Hos quinque modos seqq. §§. expendemus, & verum stabiliemus.

§. I. Expenduntur, & rejiciuntur tres priores modi.

Explicare efficaciam, & causalitatem gratiæ per se efficacem per multitudinem, & coactionem auxiliorum, non est explicare id, quod quaeritur, nec difficultatis nodum attingere. Nemo enim negat, Deum pluribus auxiliis tam extrinsecis, quam intrinsecis hominem ad se attrahere: sed quaestio est 1. undè illud ex istis multis, cui voluntas consentit, sit efficacem? An propria virtute, an consensu voluntatis? Deinde, si propria virtute, quomodo ista efficacem sit explicanda, & in quo reponenda, quorum nihil dicit ista sententia. Si enim dicat, hoc auxilium esse propria virtute efficacem, id omnes gratiæ per se efficacis assertores dicunt. Sed quaerunt, quomodo, & in quo reponenda est ista efficacem, & virtus, an in motionibus moralibus, an in actibus indeliberatis, an in delectatione victrici, an in præmone physica? Et hoc non explicat iste modus. Si dicat, esse efficacem ex consensu voluntatis, jam rejicit gratiam per se efficacem, & redit ad Sententiam Molinæ, teneaturque admittere scientiam mediam, qua Deus exploret, cui auxilio voluntas sit consensura; quam tamen scientiam mediam non admittunt Patroni hujusmodi.

Dicunt: Sicut infallibile est moraliter, justum inter peccatorum venialium tentationes aliquando peccatum venialiter; ita infallibile est moraliter, inter tot auxilia aliquod futurum efficacem. Sed contra: 1. Cuiuslibet particulari tentationi peccati venialis homo potest resistere potentia consequente, & cum tentatione componere dissensum: ergo similiter cum quolibet auxilio particulari poterit componere dissensum, & sic nullum erit per se efficacem. 2. Ex hoc quod homo inter tot tentationes peccati venialis infallibiliter peccaturus sit venialiter, non possumus certo cognoscere, quod peccatum veniale determinatè committet, sed in communi tantum, quod aliquando peccabit. At Deus distinctè cognoscit, quodnam non; nec potest id certo cognoscere, nisi quia vult hoc in singulari esse efficacem; alioquin recurrendum est ad scientiam mediam. Quo posito restat iterum explicandum, in quo consistat hæc efficacem; & sique comparatio facta nihil juvat istam sententiam.

II. Alii reponunt efficaciam, & causalitatem gratiæ per se efficacem in auxiliis moralibus, non quidem fallibiliter moventibus ad sensum Molinæ, vel Congruistarum, qui adhibent scientiam

tiam mediam; qua Deus exploret, quæ ex innata libertate simul consensuri; sed in auxiliis infallibiliter moventibus; seu quæ putant infallibiliter movere, & quibus tribuunt quidquid tribuimus auxiliis physicè moventibus. Verum, cum auxiliium morale non moveat nisi objectivè invitando, alliciendo, suadendo, &c. & in ratione causæ finalis tantum, quantumcumque ponatur, ipsa voluntas semper remanet in potentia, & indeterminata: ut illi consentiat, maxime voluntas infirma, dura, & indocilis ad bonum, nisi per aliquid intrinsecè in ea receptum mutetur, & indeterminetur. Neque dicas mutari, & determinari per ipsum consensum, & operationem; tum quia debet mutari, & determinari, ut operetur & consentiat: ergo antecederet ad consensum, & operationem; tum quia operatio non mutat agens activè, sed passum, quia operatio non exit ab alieno, nisi prout est in actu, & patitur, prout est in potentia: ergo, in quantum operatur agens, non mutatur a sua operatione effectivè, sic enim pareretur in quantum operans: ergo si mutatur, est antecederet ad operationem. Et hæc ratione etiam probatur, efficaciam, & causalitatem gratiæ per se efficacem non posse explicari per sympathiam, vel per decretum divinum immediate absque aliquo intrinsecè recepto in voluntate, ut quidam volunt. Insupèr Pelagius admisit auxilia moralia, etiam interna, ut vidimus in Dissert. 1. Neque tamen id satis fuit Aug. qui ulterius requirebat subministracionem virtutis & gratiam, qua Deus operatur in cordibus hominum, non solum verba revelationes, quod fit per auxilia intrinsecè recepta in intellectum, & moventia objectivè voluntatem; sed etiam bonas voluntates, quod fit per gratiam in voluntate receptam, qua mutatur & determinatur ad bonum.

III. Tertius modus reponit efficaciam, & causalitatem gratiæ per se efficacem in motibus indeliberatis, pia scilicet affectione, quæ si sit fortior tentatione, vincit; & est efficacem. Ità ex nostris Gonzalez. Verum, quamvis pia affectio indeliberata juvet, & sit semen boni operis; at tamen, quantumvis fortis supponatur, ut voluntas infallibiliter eam deliberatè sequatur, & ei consentiat, debet per ulteriorem gratiam, seu motionem cooperantem determinari, alioquin cassa manebit, non solum ex fortiori tentatione, sed vel ex instabilitate voluntatis humane, vel ex plurius aliis causis; ut sæpe contingit, & experientia novimus. Amplius confutabitur hæc sententia ex dicendis §. seq.

§. II. Expenditur, & rejicitur quartus modus per delectationem victricem.

Non pauci reponunt efficaciam, & causalitatem gratiæ in delectatione victrici; quam etiam vocant dilectionem, & charitatem, inspirationem dilectionis, & charitatis; his enim nominibus promiscuè utuntur: & ita expressè docuisse S. Aug. contendunt. At non sunt unius labii, nec unius sensus. Quidam pro delectatione indeliberata pugnant, alii pro deliberata. Ex primis quidam sustinent delectationem indeliberatam necessitantem, ut Jansenius, cujus error in 3. propositione ex quinque famosis est damnatus. Quidam defendunt delectationem indeliberatam non necessitantem; ita plerumque Patres Augustiniani, quorum sententia videtur coincidere cum 3. præcedentis §.

Ad intelligendas istas varias opiniones observandum est, delectationem posse sumi dupliciter. 1. Strictè, & est: quies appetitus in bono possesso; si sit appetitus rationalis, est delectatio spiritualis; si appetitus sensitivus, est delectatio sensibilis. Quies non sumitur hic privativè pro cessatione ab omni actu, sicut in rebus insensibilibus, quæ dum suam perfectionem consequuntur, id non sentiunt, & idè censetur quiescere per solam cessationem motus. At vero entia cognoscitiva, dum perfectionem suam, & bonum consequuntur, id percipiunt, seu agnoscunt, & ex cognitione causatur quidam motus animæ in bono presenti complacentis, & quiescentis, & iste motus est delectatio. 2. Sumitur delectatio latiori sensu pro affectu, seu inclinatione voluntatis in bonum ut convenientis, & naturæ ac rationi consentaneum. Et utroque sensu sumpta potest esse deliberata, vel indeliberata.

Item gratiam per se efficacem consistere in delectatione potest intelligi, vel in sensu formali, ut videlicet gratia efficacem sit ipsa delectatio victrici, vel in sensu causali, ut gratia efficacem sit hujus delectationis causa. Hoc ultimo sensu intellexisse Aug. probant sequentia. Libr. 1. de nuptiis, & concup. c. 30. ait: *Condelectatio legi Dei secundum interiorem hominem, de magna nobis venit gratia. Libr. de Spir. & Lit. c. 3. Nos autem delectatio, dilectioque illius summi, & incommutabilis boni quod est Deus. Libr. 1. ad Simplic. q. 2. Cum ergo nos ea de-*

lectant, quibus proficimus ad Deum, inspiratur hoc, & prebeatur gratia Dei: ergo juxta Aug. delectatio non est gratia, sed ejus effectus: Id etiam ratio naturalis evincit 1. Delectatio est actus vitalis potentie; gratia autem non est actus vitalis, alioquin a potentia vitali efficacem. 2. Delectatio spiritualis circa bonum supernaturale, quovis modo sumatur, est actus bonus, ergo est a gratia. 3. Dum animus afficitur delectatione, qua prius non afficiebatur, intrinsecè mutatur; debet autem assignari causa efficiens hujus mutationis, quæ non potest esse alia, quam gratia. His præmissis

Dico 1. Gratia non semper operatur in nobis delectationem strictè sumptam, neque ea sola ad bonum inclinatur, & pertrahitur, sed variis aliis modis. Prob. ex Script. quæ timorem ut conducentem ad salutem nobis commendat. Eccl. 1. *Timor Domini expellit peccatum. Ibid. Radix sapientie est timere Deum. Prov. 1. Time Deum, & recede a malo. Ibid. 17. Qui timet Deum, faciet bona. Jerem. 32. Timorem meum dabo in cor eorum, ut a me non recedant. Matth. 10. Nolite timere eos, qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere; sed potius timete eum, qui potest & animam, & corpus perdere in gehennam. Psalm. 118. Confige timore tuo carnes meas, a judicis enim tuis timui. Ità alibi passim. Undè Trid. Sess. 6. c. 6. recenset justitiæ divinæ timorem inter dispositiones, quæ ad justificationem requiruntur; & can. 8. anathemate ferit eos, qui dixerint, *Gehenna metum, per quem ad misericordiam Dei de peccatis dolendo confugimus, vel a peccato abstinemus, peccatum esse.* Denique Sess. 14. c. 4. decretorè resolvit, attritionem ex gehennæ metu conceptam esse donum Dei, & Spiritus S. impulsam, non quidem inhabitantis, sed moventis, quo penitens ad iustum viam sibi ad justitiam parat. Ubi habes apertè timorem esse effectum gratiæ, & ad salutem conducere.*

Prob. 2. ex Aug. Serm. 214. de temp. dicit: *Cum timetur pena, quam (Deus) minatur, dicitur amari premium, quod pollicetur, ac sic per timorem pena bona vita retinetur. Libr. de concept. & grat. cap. 5. Non via tibi tua vitia demonstrari, ut fiat tibi utilis dolor, quo medium quaeras... quasi aut nihil agat timor correpti hominis, vel pudor, vel dolor. Ibid. Isti sic, illi aliter, atque alii aliter diversis, & innumerabilibus modis vocantur, ut reformatur. Et l. 1. contr. 2. Ep. Pelag. Trahitur ergo miris modis ut velit, ab illo qui novit intus in ipsis hominum cordibus operari, non ut homines, quod fieri non potest, nolentes credant, sed ut volentes ex nolentibus fiant. Porro, si miris, si diversis, & innumerabilibus modis trahatur ad Deum; non ergo delectatione sola. Magistro subscribit Discipulus S. Prosper contra Collatorem c. 7. *Trahit timor, inquit, principium enim sapientia timor Domini. Trahit letitia, quoniam letatus sum in his, quæ dicta sunt mihi. Trahit desiderium, quoniam concupiscit, & deficit anima mea in atria Domini. Trahit delectationes, quoniam dulcia enim faucibus meis eloquia tua, super mel, & favum oris mei. Et quis perspicere, & errare possit, per quos affectus visitatio Dei animam ducat humanam... hæc autem omnia operatur unus atque idem spiritus, dividens singulis, prout vult. Confir. Juxta Aug. homo non sola delectatione inducitur ad malum: ergo nec sola delectatione trahitur in bonum. Prob. Ant. Libr. 2. de peccat. merit. c. 10. ait Aug. *Etiam illa peccata justè imputari, quæ non delectationis illecebra committuntur, sed causa devotandæ molestie alicujus, aut doloris, aut mortis. Et libr. de cathedra. rud. cap. ult. Non solum per cupiditates diabolus tentat, sed etiam per terrores insulationum, & dolorum, & ipsius mortis.***

Prob. 3. Religio Christiana docet nos sequi, non delectabilia, sed recta, & honesta, quantumvis dura, & amara, seu ut verbis Christi utar, non gaudium: sed crucem. Deumque amare, non quia delectat, sed quia dignus est: ergo velle homines semper induci ad agendum motivo delectationis, nunquam ratione, officio, honestate ab omnibus delectationibus illecebris pura, Epicuri, non Christi Religionem sapit. Prob. 4. experientia, qua nobis constat justos sæpè a malo recedere, & bonum facere, nulla demulcente delectatione, sed vel timore poenæ, vel solo motivo officii, & legis æternæ inducti, inter tædia, tristitia, & dolores tota repugnante natura.

Dico 2. Delectationem, latiori sensu sumptam pro affectu, seu inclinatione voluntatis in bonum convenientis, semper operatur gratia per se efficacem. Quia proprius ejus effectus est inclinare & applicare voluntatem ad bonum, ideoque efficere, ut semper proponatur voluntati, quod est magis convenientis. Neque enim voluntas timet malum nisi ex amore boni oppositi, & quia judicat sibi convenientis, & bonum, ut istud malum fugiat, ita ut amor sit actus primogenitus voluntatis. De delectatione igitur sic sumpta ut plurimum loquitur Aug. dum dicit gratiam esse, aut operari delectationem, quam etiam vocat dilectionem, & charitatem, sumendo charitatem latè pro quantumcumque voluntate boni. Idque videntur concedere Augustiniani, delectationis victricis defensores; cum enim Laurentius Berti l. 14. c.

sibi objecisset ex Script. & Trid non solum delectationem, sed etiam timorem Domini esse principium actionum nostrarum, eod tandem devenit, ut vocet delectationem, *Bona voluntatis fervorem, & inspirationem bonae voluntatis.*

Dico 3. Delectatio, quovis sensu sumpta, sive strictè, sive late, sive deliberata, sive indeliberata, non est id, in quo consistit efficacia gratiae, sive efficacis. Quia id, in quo consistit efficacia gratiae, est id, quo obinet infallibiliter, & indefectibiliter suum effectum; atqui delectatio Dei nondum clarè visi in hac vita, quovis sensu sumpta, non est id, quo gratia obtinet infallibiliter, & indefectibiliter suum effectum; siquidem doceant omnes Theologi cum D. Thom. delectationem, & dilectionem Dei, nondum clarè visi in hac vita non esse indefectibilem, & inamissibilem, sed posse etiam potentia consequenti vinci, & destrui per timorem, aut amorem boni creati.

Dico 4. Quomodo igitur intelligitur illud celeberrimum Aug. in Ep. ad Galat. *Quod amplius nos delectat, secundum id operemur, necesse est:* Quod, inquit Jansenius l. 4. de grat. Christ. c. 6. *avertit meretur scribi characteribus.* R. certo non posse intelligi ad sensum Jansenii, quasi homini non sit liberum resistere majori delectationi; tunc quia hunc sensum damnavit Ecclesia in ipso Jansenio: tunc quia ipse S. Aug. agnoscit, se non semper id egisse, quod ipsum magis delectabat: *Non faciebam, inquit l. 8. Conf. c. 8. quod incomparabili affectu amplius mihi placebat.* Et libr. 83. QQ. q. 70. dicit, quod homo etiam cum dolore magnam venandi delectationem posset cohiliter: tunc denique, quia juxta Aug. major, & maxima fuit delectatio caelestis in Adamo, & Angelis peccantibus, quam tamen non sunt secuti.

Itaque 1. Dato, Aug. ibi loqui de delectatione indeliberata, respondetur, ipsum intelligere necessitatem moralem sumptam pro magna difficultate aliter operandi, quia homines solent facere id, quod eos magis delectat. Neque tamen S. Augustinus id dicit universaliter, & absolute, sed in hypothesi, quod nullum occurrat aliud motivum. Nam, ut vidimus, docet, timorem nos saepe abstrahere ab eo, quod magis delectat. Quod idem praestare possunt alia motiva, officii, honestatis, utilitatis, &c. sique patet, etiam hoc sensu dato, efficaciam gratiae non consistere in sola delectatione. Sed

2. Et veris, Aug. intelligit hac verba de delectatione deliberata, sumpta pro affectu, & inclinatione in bonum conveniens subsequentem liberam voluntatis electionem; perinde ac si dixisset: necesse est, operemur id, quod magis deliberatè amamus, quod iudicamus practice magis conveniens, quod magis placet. Hac autem necessitas, ut patet, non est absoluta, sed hypothetica; non consequens, sed consequentia; non antecedens, sed consequens nostram libertatem. Hoc itaque sensu verissima est Aug. sententia, nos necessariò facere, quod nos magis delectat, hoc est quod magis eligimus. Sed integra manet praesens quaestio, unde gratia, quae est causa hujus deliberatae delectationis, & amoris, habet, quod efficaciter, & infallibiliter illum efficiat, corque nostrum in eo ita firmet, ut nullum bonum ab eo nos abstrahat; nam, ut jam diximus, delectatio, & dilectio cujuscumque boni, etiam Dei, in hac vita est de se defectibilis, & amissibilis. Nos dicimus, ut patebit modò, gratiam id habere ex motione divina, quae efficit, ut amor Dei nobis semper proponatur ut magis conveniens, & ad eum nos efficaciter, & libere inclinatur.

Repones: S. Aug. loquitur de delectatione gratiae praevientis, qua fit, ut velimus: ergo non intelligit de delectatione deliberata subsequentem volitionem liberam. Prob. Ant. Libr. 1. de Spir. & Litt. c. 35. *Quis nesciat, inquit, non esse in hominis potestate quid sciat; nec esse consequens, ut quod appetendum cognitum fuerit, appetatur, nisi tantum delectet, quantum diligendum est.* Et l. 1. ad Simpl. q. 2. *Voluntas ipsa, nisi aliquid occurrerit, quod delectet, atque invitet animum, moveri nullo modo potest.* Hoc autem ut occurat, non est in hominis potestate: ergo. R. D. Thom. Aug. intelligit de delectatione praevientis & indeliberata aliquando. C. Sempèr, N. In his ergo locis proxime objectis fatemur, quod intelligat de delectatione indeliberata, quam facit gratia, & quae nihil aliud est, quam affectus indeliberatus ad bonum ut conveniens; quo fit, ut voluntas in actu posita possit se libere movere in actum ulteriorem delectationem, mediante tamen ulteriori gratia ad id voluntatem movente. At falsum est, Aug. ubi agit de delectatione necessitate, intelligere delectationem indeliberatam. Paret ex dictis. Insuper hac instantia nihil iterum facit ad praesentem quaestionem. Ex hoc enim, quod necesse sit, voluntatem, ut velit, & amet deliberatè, praeveneri delectationem, seu affectu boni conveniens indeliberatè, non sequitur, quod in ea delectatione, seu affectu indeliberato sit sit efficacia gratiae, quod quaerimus; cum & ipse affectus indeliberatus sit effectus gratiae efficacis, & non moventis efficaciter, & infallibiliter ad actum deliberatum, nisi mediante ulteriori motione, seu gratia.

§. III. Expenditur quibus modis per Praemotorem physicam.

Tandem Thomistae communiter reponunt efficaciam gratiae in praemotorem, seu praedeterminationem physicam. Per praemotorem, seu praedeterminationem physicam nihil aliud intelligunt, quam applicationem activam potentiae ad actum secundum modum ejus, scilicet ut agat libere, si sit potentia libera; necessariò, si sit necessaria. Porro supposito, quod detur talis praemotio, nemo negare potest, quia sit modus expeditissimus explicandi efficaciam gratiae; cum enim repugnet, esse applicationem activam sine passiva, sequitur, esse infallibilem connexionem inter gratiam applicatam voluntatem ad actum, & voluntatem agentem. Verum negant Adversarii, dari talem praemotorem ex multis capitulis, sed praesertim ex latione libertatis humanae. Hanc dati, probant Philosophi Thomistae omni genere argumentorum, quae apud ipsos videre licet. Ne tamen Lectorem omninò jejunum in hac celebri controversia dimittam, quaedam in ejus assertionem ex Philosophia proferram. Unde

Asseritur breviter Praemotio physica ex D. Thom.

Doct. q. 3. de pot. art. 7. cujus titulus est: *Utrum Deus operetur in operatione naturae?* dicit: *Quia nulla res per seipsam movet, & agit, nisi sit movens non motum, tertio modo dicitur una res esse causa actionis alterius, in quantum movet eam ad agendum; in quo non intelligitur collatio, aut conservatio virtutis activae, se applicatio virtutis ad actionem, sicut homo est causa incisionis cutellii ex hoc ipso, quod applicat acumen cutellii ad incidendum, movendo ipsum. Et quia natura inferior agens non agit nisi mota, sequitur de necessitate, quod Deus sit causa actionis cujuslibet rei naturalis, ut movens & applicans virtutem ad agendum. Quarto modo unum est causa actionis alterius, sicut principale agens est causa actionis instrumenti; & hoc modo etiam oportet dicere, quod Deus est causa omnis actionis naturalis. Tandem sic concludit articulum: *Sic ergo Deus est causa actionis cujuslibet, in quantum dat virtutem agendi, & in quantum conservat eam, & in quantum applicat actioni, & in quantum ejus virtute omnis alia virtus agit. Et cum conjuncterimus his, quod Deus sit sua virtus, & quod sit intrinseca rem quamlibet, non sicut pars essentiae, sed sicut tenens rem in esse, sequitur, quod ipse in quolibet operante immediate operetur, non exclusa operatione voluntatis et naturae. 1. 2. q. 109. art. 1. o. Sicut omnes motus corporales reducuntur in motum caelestis corporis sicut in primum movens corporale, ita omnes motus tam corporales, quam spirituales reducuntur in primum movens simpliciter, quod est Deus. Et idè, quantumcumque natura aliqua corporalis, vel spiritalis ponatur perfecta, non potest in suum actum procedere, nisi moveatur a Deo. Sic constanter, & ubique S. Thom. Undè hic brevitatè praedens ab aliis textibus referendis supersedeo. Vide, quos art. succedenti laudavit in probationem gratiae per se efficacis, pariter militans pro praemotione physica.**

Infundatè responderes, S. Thom. dixisse *movere*, non *praemovere*. Quis enim, si non sit hebes, nescit *movere*, *applicare*, *causare*, esse prius natura, & casualitate, quam *moveri*, *applicari*, *causari*, seu ut ipsemet dicit S. Doct. 3. contr. Gent. c. 149. *Motionem movens praecedere motum mobilis ratione, & casualitate;* ita ut qui dicit *movere*, sensu naturali, obvio, & rigoroso, dicat *praemovere*: nec aliud intelligunt Thomistae per praemotorem, seu praedeterminationem, quam motionem divinam applicatam potentiam ad actum. Pariter nugatorie responderes, S. Thom. dixisse quidem Deum *movere*, & *praemovere* voluntates humanas, sed non efficaciter: quasi verò posset esse, aut intelligi physica applicatio, & motio activa sine applicatione, & motione passiva; aliunde dicit in terminis S. Doct. q. 6. de malo art. unico ad 3. *Deus movet voluntatem immutabiliter propter efficaciam virtutis movens, quae desicere non potest; sed propter naturam voluntatis motae, quae indifferenter se habet ad diversa, non inducit necessitas, sed manet libertas.* Et 1. 2. q. 10. art. 4. ad 3. *Si Deus movet voluntatem ad aliquid, incomparabile est huic positioni, quod voluntas ad illud non moveatur, non tamen est impossibile simpliciter; unde non sequitur, quod voluntas a Deo ex necessitate moveatur.* Ita pluries alibi.

At forte S. Doct. intelligit de motione morali, & non physica: Equidem scio, plures adversarios illic confugere; sed tam aperte, tam directè contra mentem, & litteram S. Thom. ut qui sic respondent, vel S. Thom. non legerint, vel voluntarie excusant. Nam 1. S. Doctor q. 109. cit. agit de motione communi omnibus agentibus, tam corporalibus, quam necessariis: *Quantumcumque, inquit, natura aliqua corporalis, vel spiritalis, &c. Certum est autem, motionem moralem non com-*

potere agentibus corporalibus & necessariis. 2. Pariter q. 3. de pot. cit. agit de motione respectu totius naturae, tam inanimatae, quam animatae, tam necessariae, quam liberae. Ita fert ipse titulus art. *Utrum Deus operetur in operatione naturae.* Ita ferunt haec verba in corpore art. *Sequitur de necessitate, quod Deus sit causa actionis cujuslibet rei naturalis, ut movens & applicans virtutem ad agendum.* Item: *Et hoc modo etiam oportet dicere, quod Deus est causa omnis actionis rei naturalis.* Item: *Sequitur, quod ipse in quolibet operante immediate operetur, non exclusa operatione voluntatis & naturae.* Insuper ibidem dicit, Deum *movere* & applicare potentiam ad agendum, sicut artifex movet, & applicat dolabram, aut cultellum ad sciendum. Et ad 7. *Quod id, quod a Deo fit in re naturali, quo actualiter agit, est ut intento sola habens esse quoddam incompletum per modum, quo virtus artis est in instrumentis artificis.* Quis, amabo, motionem moralem in his somniabit? Item ibid. arg. 12. 13. & 14. obicit sibi, quod motio, quam adstruit, destruat libertatem; haec autem argumenta forent prostris impertinentia, si ageret de motione morali, quae certo certius non nocet libertati. Et quod est notandum, haec argumenta solvit eodem modo, quo nos solvimus, nempe: *Quod voluntas dicitur libera, seu habere dominium sui actus, non per exclusionem causae primae, sed quia prima non ita agit in voluntate, ut eam de necessitate ad unum determinet, sicut determinat naturam.* Plura hic omitto, quae hanc infundatam responsionem radicibus evertunt; quia, quae dixi, sufficiunt, & in his Philosophis brevis esse volo.

Verumtamen non omittendum est, antiquos & insigniores Societatis Theologos, contra Recentiores, ingenue agnovisse praemotorem physicam esse de mente S. Thom. 1. Libellus de ratione studiorum in ipso Collegio Rom. ann. 1586. compositus a sex Patribus Jesuitis, a Reverendissimo P. Generali ad id deputatis, sic habet regula 5. *In Theologia Doctrinam S. Th. ut caveatur a parte Constitutionum cap. 14. nostri sequantur, exceptis paucis.* Inter autem paucis illa excepta, sic num. 6. legitur: *Causas secundas esse propriè & ut vocè instrumenta Dei: & cum operantur, Deum in illas primum influere, aut eas movere.* Hunc libellum Tolosae in Conventu D. Th. Aquin. asservari, restatur P. Antonius Massoulié, seque ipsum saepe legisse, & haec, quae referimus, propria manu ex illo scripsisse. Equidem alter fuit postea editus Antuerpiae, in quo haec desiderantur: quae mente vel causa, non inquiri. Sufficit nobis, ita censuisse se illos Patres priores Auctores.

2. Molina ipse hanc de praevia motione sententiam esse a D. Thom. traditam, statuerit in concord. q. 14. art. 13. disp. 26. cui hunc titulum praefixit: *Concursum Dei generalis an sit infusus in causas, quasi prius eo mota agant, in immediatis cum illis in earum naturales actiones & effectus?* In status quaestiois, perinde est enim, ac si diceret: *Utrum concursus Dei generalis sit praevius, vel simultaneus tantum?* Tunc initio capitis sic dicit: *D. Th. 1. p. q. 105. art. 5. docet, Deum dupli ratione dici operari cum causis secundis. In primis, quia virtutem illis tribuit ad operandum, easque actu conservat. Deinde, quia eas ad agendum movet, ut quodammodo formas & virtutes earum applicet ad agendum.* Ut autem hanc sententiam impugnet, ait: *Duo sunt, quae mihi difficultatem parant circa Doctrinam hanc D. Thom. Primum est, quod non videam, quidnam sit motus ille & applicatio in causis secundis, qua Deus illas ad agendum movet & applicet: quoniam potius existimem, ignem sine ulla sui mutamine calorem in aquam sibi adnotam inducere:* Undè concludit: *Quare inquam fateor, mihi valde difficile esse ad intelligendum, motionem & applicationem hanc, quam D. Thom. in causis secundis exigit.* Deinde proponit secundum argumentum sic: *Secundum, quod mihi difficultatem parit, est, quia juxta hanc D. Thom. doctrinam, Deus non concurrat immediate inmediate supposito ad actiones & effectus causarum secundarum, sed solum mediatè, mediis scilicet causis secundis.* Utriusque argumenti solutionem invenire potuisset Molina in S. Thom. tunc ibidem tunc q. 3. de pot. art. 7. ad 7. sed nihil nunc ad rem. Sufficit nobis, Molinam agnovisse hanc de praevia motione sententiam, quam ipse improbat, fuisse a D. Thom. traditam 1. p. q. 105. art. 5.

3. Idem agnoscit Suarez in Metaph. disp. 22. sect. 2. *De modo, quo Deus causis secundis concurrens praebet:* ubi dicit num. 52. *Verum est, D. Th. q. 3. de pot. art. 7. addere tertium, nimirum virtutem instrumentalem fluentem, quam recipit causa secunda a prima, ut agat tanquam instrumentum ejus; disertè enim hanc numerat tanquam distinctam ab applicatione, & ab efficientia, seu conservazione ipsius causae secundae & virtutis ejus.* At existimat, hanc sententiam tacitè retractasse S. Thom. in Summa in ea ipsa q. 105. 1. partis, ubi Molina, ut vidimus, & Conimbricenses, ut mox videbimus, aperte asserunt agnoscunt, & sibi reverè eam S. Thom. asserit.

4. His annumerandi sunt Jesuitae Conimbricenses in 1. libr. Phys. c. 7. q. 15. cui hic titulus praefixus est: *Utrum Deus*

aliqua praevia motione causas secundas ad agendum excitet? Deinde initio articuli 1. sic loquuntur: *Circa modum, quo Deus cum causis secundis ad earum operationes & effectus concurrat, discutenda se offert celebris opinio D. Thom. 1. p. q. 105. & 1. 2. q. 109. art. 1. & q. 3. de pot. art. 7. ejusque Sectariorum Caproli in 2. d. 1. q. 2. Ferrariensis 3. contr. gen. c. 7. & aliorum, existimantium, omnes causas secundas, antequam operentur, accipere a Deo influxum quemdam & motum, qui sit quasi esse intentionale virtutis divinae, quo ad promentibus actiones excitentur, eo modo quo artium instrumenta, ut dolabra & securis praeviam motionem a Fabro accipiunt, cum ad opus conficiendum applicantur: namque, estò dolabra praecutata sit & ad expoliendum lignum idonea, haudquaquam tamen id expoliet, nisi artificis impulsu motuque cietur.* Hinc habemus 1. Jesuitas Conimbricenses agnoscere S. Thom. docuisse praemotorem physicam. 2. Eam docuisse in locis, in quibus Suarez existimavit esse tacitè retractatam. 3. Hanc praemotorem propagasse primos & antiquiores S. Thom. discipulos. Eant nunc, qui dicunt esse inventum Bannesii.

Quantum verò ad ea, quae Adversarii contra illam opponunt ex D. Thom. noster doctissimus Goudin statuit 4. regulas, ex ipso Angelico Doct. desumptas. Prima Regula est: *Quoties S. Thom. aut alii Patres dicunt, Deum non praedeterminare actiones nostras, intelligunt de praedeterminatione necessitante per modum naturae, ut determinatio ignis ad comburendum, non verò de praedeterminatione per modum liberi. Ita S. Doct. 1. p. q. 32. art. 1. ad 1. & contr. gent. c. 90. Secunda Regula est: *Cum S. Thom. dicit, voluntatem se movere, se determinare, esse dominam sui actus, &c. intelligit in proprio ordine, seu per modum agentis proximi; quod non excludit, sed supponit motionem & applicationem primi moventis. Ita S. Doct. 1. p. q. 83. art. 1. ad 3. & alibi. Tertia Regula est: *Cum S. Thom. dicit, Deum movere voluntatem nihil imprimendo in illa, non excludit ipsam motionem (implicat enim aliquid movere aliud, non imprimendo ipsi motionem) sed excludit infusionem habitus, seu qualitatis permanentis. Ita S. Doct. q. 3. de pot. art. 7. & q. 22. de verit. art. 8. Quarta Regula est: *Cum S. Thom. dicit, Deum movere voluntatem ad bonum in communi, aut ad bonum supernaturale, voluntatem verò se movere ad bona particularia, intelligit de motione speciali, qua Deus sic movet ad aliquem primum actum, ut ipsa ad illum se non moveat propriè ex aliquo priori actu, ut explicui de Act. humanis Dissert. 3. art. 3. at non excludit generalem motionem, quae datur homini secundum consuetum providentiae cursum ad omnes ejus actiones, quam exprimitur nomine praemotiois. Vide loco cit. Nam juxta S. Thom. prius laudatum. *Nulla creatura quantumcumque perfecta procedit in suum actum, nisi moveatur a Deo.* Haec regula desumitur ex eodem S. Doct. 1. 2. q. 109. art. 1. ubi distinguit duplicem motionem, unam generalem, sine qua creatura nihil agit; & aliam specialem, qua indiget ad aliquos actus, ut v. gr. peccator ad contritionem & poenitentiam agendam.****

Quod spectat Aug. requirit supra Dissert. 2. hujus Tract. art. 4. prob. 4.

Asseritur Praemotio physica rationibus ex S. Th. de promptis.

Prima ratio sic proponitur. Deus est primus motor & prima causa efficiens, cui omnes causae secundae & omnia moventia creata immediate subordinantur in agendo & movendo; atqui, seclusa praemotioe physica non salvatur in Deo primatus causae, nec subordinatio causarum secundarum in agendo: ergo. Major est principium constans in D. Thom. omnibus Theologis & Philosophis probatum, ita ut temerarius foret, qui illud negaret. Sicut enim certò Deus est primus ens, a quo omnia entia immediate participantur; ita est prima causa efficiens, cui omnes causae secundae immediate subordinantur, & a qua dependent in agendo. Prob. Mln. Subordinatio causarum in agendo in hoc sita est, quod prima moveat & applicet secundas ad agendum, & secundae non agant nisi mota a prima. *Si sint multa agentia ordinata, inquit S. Thom. 1. p. q. 105. art. 5. semper secundum agens agit in virtute primi agentis; nam primum agens movet secundum ad agendum, & secundum hoc omnia agent in virtute ipsius Dei.* Id etiam patet, non solum ex ipsa notione subordinationis in agendo, sed etiam inductione & apertissimis exemplis. Sic in moralibus & artificialibus inferioribus artificibus in tantum sunt & dicuntur subordinati alicui primo artifici, Milites Ducis, Monachi Abbatis, in quantum agunt juxta applicationem, & determinationem moralem receptam, artifices ab Architecto, Milites a Ducis, Monachi ab Abbate; ita ut, si inferior artifex sine applicatione morali superioris Architecti agat, Miles sine jussu Ducis pugnet, Monachus nutu suo & non Abbatis se gerat, hoc ipso evertatur subordinatio; atqui motio, qua pri-

primum movens, seu prima causa in genere cause efficientis movet & applicat secundam, est pramotio physica; ut enim superius dicebamus, & per se patet, motio movens est natura & causalitate prior motu mobilis; ergo. Confirm. Primitiva causa in Deo, & subordinatio causarum secundarum ad illud in agendo salvari non potest per concursum simultaneum, neque per motionem moralem, neque per hoc quod Deus causis secundis dederit virtutem agendi: ergo per solam pramotionem physicam, seu concursum prævium. Conseq. patet a sufficienti enumeratione; nihil enim aliud est assignabile, per quod subordinatio causarum possit salvari. Prob. 1. pars Ant. Non per concursum simultaneum; quia concursus simultaneus non movet causam secundam, non influit in illam, non facit ut fiat, sed facit cum illa, & in solum effectum influit, alioquin non foret simultaneus, sed prævius, sicut habemus intentum; unde Deus per illum est concussa, sed non prima causa. Neque obstat, quod sit perfectior & dignior concursus cause secundæ, id quidem facit & ostendit, quod causa sit perfectior & dignior, seu prima in ratione dignitatis & perfectionis, non autem prima in causando & in genere cause efficientis, de quo agitur.

Dices concursus simultaneus est etiam ad actionem creaturæ, & non tantum ad eius effectum: ergo. R. D. Ant. concursus simultaneus est etiam ad actionem creaturæ, ut effectus est, C. Reduplicativè ut actio est, seu ut est formalitèr a causa secunda, N. Non enim per concursum simultaneum Deus movet causam secundam ad agendum, nec facit, ut fiat, sed facit tantum cum illa; alioquin, ut iam dictum est, non foret simultaneus, sed prævius: ad subordinacionem autem in agendo non sufficit, quod producat actionem cum causa secunda, nec quod faciat cum illa; sed requiritur, quod illam movet & determinet ad agendum, & faciat, ut fiat. Confer de Scientia mediæ §. 6. & de Decretis art. 3. §. 4.

Prob. 2. pars Ant. Non per motionem moralem. Quia motio moralis potest quidem constituere subordinacionem in ordine morali & in genere cause finalis, at non in ordine physico & in genere cause efficientis, de quo hic agitur; est enim Deus primus motor & prima causa in ordine physico, & in genere cause efficientis, & non solum in genere cause moralis & finalis. Alioquin foret tantum primus motor, & prima causa respectu agentium liberorum, quæ sola sunt capacia motionis moralis, non agentium naturalium. Confer de Decretis loco proxime cit. Prob. 3. pars Ant. Non per hoc, quod Deus causis secundis dederit virtutem agendi. 1. Quia hanc opinionem ut erroneam proscrit S. Thom. 3. contr. gent. c. 88. 2. quia id admisit Pelagius, & fuit damnatus. 3. Quia reincedit in sententiam Durandi negantis immediatum Dei influxum in actiones creaturarum, quam omnes improbant. 4. Tandem, quia non constituit subordinacionem causarum secundarum primæ in causando, sed in essendo tantum, ut patet ex dictis. Confer de Decretis loco cit.

Secunda ratio sic proponitur: Omnis causa, quæ non est ex se actu agens, sed in potentia ad agendum, indiget pramotione physica, qua constituitur in ratione cause actualitèr agentis; atqui omnis causa creata non est ex se actu agens, sed in potentia ad agendum: ergo. Min. est certa; quia, si causa creata foret ex se & ex natura sua actu agens, semper & omnia quæ posset, actu ageret, quod enim ex se est tale, semper est tale, etsi non semper ageret omnia quæ posset, sed modo unum, postea aliud, agendo primum foret in potentia ad secundum. Sic igitur intellectus v. gr. actu semper omnia intelligibilia intelligeret, voluntas omnia appetibilia actu semper appeteret; ignis omnia combustibilia actu semper combureret; quæ omnia, ut experientia constat, non competunt cause create. Adde, quod, si causa secunda foret sua ultima agendi actualis, foret etiam sua ultima essendi actualis; quia operari sequitur ad esse, & ipsi proportionatur, sicut creatura foret actus purus & infinitus, ut arguit Auctor 1. p. q. 54. art. 1. Prob. Maj. & 1. est expressè S. Th. 1. 2. q. 9. art. 4. his verbis: *Omne, quod quandoquæ est agens in actu, & quandoquæ in potentia, indiget moveri ab aliquo agente.* 2. Causa, quæ non est ex se actu agens sed in potentia ad agendum, ut actu agat, debet intrinsecè mutari, & redect de potentia ad actum; tum quia actu agere, seu esse principium actuale agendi est intrinseca perfectio distincta a potentia operandi; tum quia, si hæc potentia operandi non mutaretur, semper remaneret in actu primo, & nunquam ageret; atqui hæc mutatio intrinseca fieri non potest nisi per pramotionem physicam: ergo. Prob. Min. Fieri non potest neque per ipsam actualem operationem, neque per concursum simultaneum, neque per motiones morales, neque per alias causas creatas, neque tandem per ipsam cause virtutem in actu primo: ergo per solam pramotionem physicam. Patet Conseq. a sufficienti enumeratione.

Prob. Ant. Per singulas partes. 1. Non per ipsam actualem operationem; quia ipsa operatio est id, ad quod ipsa causa debet mutari & determinari: ergo non per quod mutatur. Et ut tollatur æquivocatio, causa mutatur & actuatur quidem formalitèr per operationem, agens enim actione agit; sed non efficienter & applicativè, de quo est questio. 2. Non per concursum simultaneum; quia, ut iam dictum est, concursus simultaneus non influit in causam, sed in effectum cause: ergo illam non mutat intrinsecè. 3. Non per motiones morales; quia cause naturales non sunt capaces motionum moralium: & quantum ad causas liberas, non agunt physicè in voluntatem, sed moralitèr tantum & objective alliciendo; unde illam intrinsecè immutare non possunt, nisi interveniente aliqua motione, seu causa physica, hanc mutationem efficiente. 4. Non per alias causas creatas. Et quantum ad causas liberas videtur certum; quia nulla causa creata quantumvis perfecta & superior potest physicè agere in voluntatem, id est proprium soli Deo, qui creavit illam, ut sæpe docet S. Thom. Instupèr, si voluntas, quæ est in potentia ad agendum, intrinsecè mutaretur & reduceretur ad actum per causam creatam, perimeretur libertas; cum enim ista causa creata non esset sic universalis & potens, ut etiam modum actionis, scilicet ipsam libertatem attingeret; sicut dicimus fieri a Deo, omnino necessitèr: nisi forte Adversarii concedant creaturæ, quod denegant Deo. Quantum verò ad causas necessarias, neque istæ possunt constitui in ratione principii actualis per alias causas creatas; quia causa creata in actu non communicat cause in potentia suam actualitatem, sed solum virtutem agendi, ut modo amplius ostendam. 5. Tandem neque per suam virtutem; quia ista virtus est tantum activa in actu primo, seu in potentia ad agendum, ut supponitur; atqui nunquamque intrinsecè mutatur & redactur de potentia ad actum per id, quod est in actu; movere enim & ad actum reducere, est actu agere, adeoque esse in actu: ergo.

Dices contra hanc ultimam partem. Causa creata non est in pura potentia passiva, sed etiam activa: ergo, quamvis non sit ex se in actu formalitèr, est tamen in actu virtualitèr, ratione cuius potest se ipsam reducere de potentia ad actum formalem. Sed contra 1. Quamvis causa creata dicatur potentia activa, quia in actu reducta potest elicere actionem & facere effectum, est tamen etiam passiva, quatenus est receptiva in se ultime actualitatis in agendo, quam cum ex se non habeat, sibi dare non potest. 2. Aliquid esse in actu virtualitèr potest intelligi duplici modo: 1. Virtualitèr eminentèr. 2. Virtualitèr potentialitèr. Virtualitèr eminentèr, quando in actu, seu forma superiori perfectius continet inferiorem, sic, v. gr. Angelus dicitur virtualitèr eminentèr discursivus, & hoc sensu causa creata non est virtualitèr in actu. Virtualitèr potentialitèr, quando habet virtutem, quæ mota, & excitata potest agere: & sic causa creata est virtualitèr in actu, v. gr. intellectus antequam intelligat, dicitur virtualitèr intelligens, voluntas antequam appetat, dicitur virtualitèr appetens. Porro, quæ sunt in actu virtualitèr eminentèr, non sunt in potentia ad illum habendum, quia in actu formæ superioris illum perfectius continent, quam si eum formalitèr haberent. Quæ verò sunt in actu virtualitèr potentialitèr tantum, sunt in potentia ad illum habendum, nec possunt illum habere a se ipsis, sed ab aliquo alio in actu: alioquin forent & non forent in actu; non forent in actu, ut supponitur, quia sunt in potentia ad illum; & forent in actu, quia actu agerent se reduciendo de potentia ad actum.

Repones, his rationibus evinci tantum Deum primas causas sibi immediatas, & eas dumtaxat ad actus primos pramovere, non verò quod ad quoslibet actus & ad quamlibet causam requiratur pramotio: quia cause superiores in actu factæ & se & alias inferiores poterunt actuare. Sic in naturalibus Deus promovet solem, sol in actu excitat suo calore plantam. In liberis voluntas a Deo pramovetur ad primum actum, puta, ad bonum in communi, voluntas sic in actu posita & se & alias potentias, rationem, imaginationem, vim motricem, &c. movet & redactur in actum sine illa immediata Dei motione. Sed contra 1. hæc responsio admittit pramotionem physicam, si non in omni sua extensione, saltem quoad substantiam, sicut pro parte saltem, eaque principii, vicinias. Si enim Deus pramoveat physicè causas etiam liberas ad primos actus, illæsa libertas, dicit quod pramoveat ad omnes, paritèr manebit illæsa libertas, est enim eadem ratio omnium; sicut ruit præcipuum fundamentum adversariorum contra pramotionem physicam, petitum ex læsione libertatis. Item, si aliquas causas & ad aliquos actus pramoveat, debet pramovere omnes & ad omnes actus; quia omnes in omnibus suis actibus æqualitèr subordinantur illi in agendo, ut prius dictum est. Contra 2. Causa creata quantumvis in actu posita non potest neque se ipsam, neque alias causas ad ultio-

riorem actualitatem agendi reducere; quia id, quod causa creata in actu posita communicat, sive sibi in ordine ad ulteriorem actum, seu actualitatem, sive causis inferioribus, nihil est aliud, quam participatio virtutis, quæ agit, non autem actualitatis, in qua est; quia ultima actualitas agendi, in qua est, non est sua, nec ipsi propria; est enim tantum ex se activa in actu primo; sed a solo Deo tanquam a primo, & essentialitèr agente immediatè participata; sicut ultima essendi actualitas in omni ente, id est, existentia, sive a solo Deo, sive mediantibus causis secundis, res producat, est immediatè a Deo ut ab ente primo, & per essentiam, tanquam proprius eius effectus; ultima enim actualitas in agendo correspondet primo, & essentialitèr agenti, sicut ultima actualitas in essendo, scilicet existentia, correspondet primo, & essentialitèr enti. Undè S. Thom. 1. 2. q. 109. art. 1. o. ait: *Quantumcumque aliqua natura sive corporalis, sive spiritalis ponatur a Deo, non potest in suum actum procedere, nisi moveatur a Deo.* Contra 3. vel iste prior actus, in quo supponitur causa creata, infert infallibilitèr actum ultimum sive in se, sive in causis inferioribus, vel non. Primum dici non potest; quia causa creata quantumvis perfecta est ex se fallibilis, contingens, & impedibilis. Si secundum dicatur, ergo debet dari alia motio a Deo infallibilitèr movens, ut in ea, vel in eius decreto cognoscat infallibilitèr actum ponendum.

Tertia ratio pro causis liberis præcedenti affinis: Causa ex se indifferens, & indeterminata ad agendum, vel non agendum, ad hoc, vel illud agendum, non potest determinari ad unum potius, quam ad aliud, nisi per pramotionem physicam; atqui homo est indifferens ad agendum, vel non agendum, ad hoc, vel illud agendum: ergo. Min. est certa; in hac enim indifferencia sita est libertas hominis. Prob. Maj. Causa ex se indifferens, & indeterminata ad hoc, vel illud non potest se ipsam determinare ad unum potius, quam ad aliud; quia, cum supponatur indifferens, non est ratio, cur in hoc potius, quam in illud propendeat, nec a causa indifferenti ut tali potest magis procedere effectus determinatus, quam calidum ex frigido. Ne-

que determinari potest per concursum simultaneum; quia ex ipsis Adversariis concursus simultaneus offertur indifferenter ad utrumlibet, & aliunde non influit in causam, ut illam determinet, sed supponit determinatam. Neque per motiones morales; quia, ut iam dixi, motiones morales non movent voluntatem nisi objective, & alliciendo, non intrinsecè eam immutando; unde, posita quacumque motione morali, voluntas est adhuc indeterminata, & indifferens ad hoc, vel illud. Restat ergo, quod per solam pramotionem physicam possit determinari.

Quarta ratio: Deus est causa efficiens immediata, & universalis omnis entis, & omnium ejus modorum: ergo est causa physica immediata actionis reduplicativè ut actio est, & prout formalitèr procedit, & dependet a voluntate, actio enim sub ista ratione, & hæc ejus processio, & dependentia a voluntate est aliquid in rerum natura, nempe modus entis, & ipsa libertas in exercitio, per quam mereamur, vel demeremur; atqui non potest esse causa efficiens immediata actionis sub ista formalitate nisi per pramotionem physicam, per quam applicat voluntatem ad agendum, & facit, ut fiat; per concursum enim simultaneum facit cum facit, non facit, ut faciat; per motiones autem morales est causa moralis tantum, non efficiens, & physica. Confer de Decretis Dissert. 8. art. 3. §. 4. primam responsionem adversariorum.

Nota: omnia ferè, quæ dixi contra scientiam mediam, pro decretis prædeterminantibus, & pro gratia per se efficaci, militant pro pramotione physica, ideò conferenda. Quantum ad objectiones, quæ petuntur ex auctoritate, ex læsione libertatis, ex insufficientia auxilii, & ex affinitate cum Calvinismo, solutas habes Dissert. cit. de Decretis art. 4. Quæ verò petuntur ex læsione sanctitatis divine, solutæ sunt ibid. art. 5.

Qui plura cupit, adeat Sylvium de motione primi motoris, P. Antonium Massoulié in opere, *D. Thom. sui interpretis* Tom. 1. Dissert. 1. & 2. sed potissimum P. Antonium Goudin in *Metaphysica* Disp. 2. q. 3. qui hanc materiam, meo iudicio, non minus solidè, quam dilucide, & ad captum omnium tractavit.

DISSERTATIO VI.

DE CAUSA GRATIÆ.

D. Thom. Quest. 112.

ARTICULUS I.

Utrum solus Deus sit causa principalis efficiens gratiæ?

Questio est de gratia habituali, & non nisi indirectè de gratia actuali, quatenus scilicet est motus ad habitualement ut ad formam, & terminum. Item questio est de sola causa principali efficiente; nam de aliis causis certò constat. Causa finalis gratiæ proxima est salus æterna habentis illam; ulterior Christus; ultima Deus; juxta illud 1. Cor. 3. *Omnia vestra sunt, vos autem Christi, Christus autem Dei.* Causa materialis est ipsa essentia animæ. Causa formalis nulla est; quia gratia est simplex forma, non compositum, in quo solo reperitur causa formalis. Causa instrumentalis est humanitas Christi, & Ecclesiæ Sacramenta, ut docet Auctor hic art. 1. ad 1. & 2. & 3. p. q. 62. art. 5. Causa ministerialis sunt Angeli, & homines: Angeli ministrando illustrationes, quibus perveniamus ad gratiam; homines non solum instruendo, & orando, sed & ministrando Sacramenta. Causa tandem meritoria principalis est Christus, ut docet Auctor infra q. 114. art. 6. & definit Trid. Sess. 6. c. 7. conformitèr Apostolo dicenti Ephes. 1. *Qui (Deus) benedixit nos in omni benedictione spiritali in celestibus in Christo.* Causa autem meritoria minus principalis potest esse homo justus, qui & sibi potest mereri de condigno augmentum gratiæ, & alteri de congruo primam gratiam. His præmissis, Dico: Solus Deus potest esse causa principalis efficiens gratiæ. (*Hic quest. 112. art. 1. o.*) Prob. 1. ex Scriptura Job. 14. dicitur: *Quis potest facere mundum de immundo conceptum semine: Nomen tu qui solus es Psalm. 83. Gratiam, & gloriam dabit Dominus.*

Prob. 2. Ratione. (*Ibid.*) Nihil potest propria virtute efficienter producere aliquid, quod sit nobilius, perfectius, & alterioris ordinis, quam ipsum sit. Causa enim principalis efficiens est majoris, seu saltem æqualis perfectionis cum effectus; atqui gratia est quid nobilius, perfectius, & alterioris ordinis quam quodvis agens creatum, cum sit participatio divini nature. *Theol. Billuart. Pars Secunda.*

turæ, ut supra dictum est: ergo. Confirm. Illius solum est producere gratiam per modum cause principalis, cuius est dedicare, dare jus ad hereditatem, & peccata dimittere; atqui id solius Dei est proprium: ille enim solus potest alios dedicare, qui per se ipsum est Deus, sicut id solum potest ignire, quod est per se ignis: ille solus potest dare jus ad hereditatem, qui hereditatis est dominus: ille solus peccata dimittit, quem peccata offendunt: ergo.

Dices, his rationibus evinci creaturam non posse causare gratiam virtute propria nature, at non virtute supernaturali permanentèr superaddita, & quæ sit ipsi propria. Sed contra, & magis roboratur Conclusio. Illa virtus supernaturalis superaddita foret, vel gratia, vel alia qualitas distincta a gratia. Primum dici non potest, quia gratia non est immediatè operativa, sed mediantibus tantum virtutibus supernaturalibus; & alias sequeretur, quod Angelus, vel homo justus posset in alio producere gratiam principalitèr efficienter, quod nemo admittit. Non secundum; quia quacumque qualitas a gratia distincta est imperfectior gratia; cum gratia, ut dictum est, sit participatio divine nature. Neque dicas, quod, sicut gratia est participatio divine nature, ita ista qualitas possit esse participatio divine virtutis, puta omnipotentæ, per quam Deus gratiam, & omnia munia illi annexa præstat. Nam, esto ita sit, ista qualitas supernaturalis esset tantum participatio imperfecta hujus virtutis, seu omnipotentæ, ideòque insufficientis ad efficiendam participationem divine nature, quæ non potest conferri principalitèr nisi ab habente divinitatem: sicut nihil potest ignire principalitèr, id est, participationem ignis producere, nisi solus ignis. Nec refert, quod Justus habeat participationem divine nature; habet quidem quædam participationem nature, sed non habet naturam; & sic, licet possit illa frui in se, non potest tamen illam aliis communicare; sicut frui adoptivus non potest adoptare.

Obj. 1. Christus pluries in Scriptura commendatur ut auctor, & causa gratiæ. Joann. 1. *Gratia per Jesum Christum facta est.* Item: *De plenitudine ejus acceptum:* ergo. R. Christus